Digitized by Google

Hesychius

a. gr. b. 1789

Digitized by Google

Auct. Gr. Vet. 281. p. 776.

Digitized by Google

GLOSSAE SACRAE
HESYCHII
GRAECE

EX VNIVERSO ILLIVS OPERE IN VSVM INTERPRETATIONIS LIBR. SACR. EXCERPSIT, EMENDAVIT, NOTISQVE ILLVSTRAVIT

IO. CHR. GOTTLIEB ERNESTI
PROFESS. PHILOSOPH. P. E.

ACCESSERVNT

PRAETER DISSERTATIONEM DE GLOSSIS SACRIS HESYCH. GLOSSAE GR. IN PSALMOS EX CATAL. MSTORVM BIBL. TAVRINENS. DENVO EDITAE.

LIPSIAE
APVD WEIDMANNI HERED. ET REICHIVM.
MDCCLXXXV.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

VIRO

SVMME REVERENDO

GABRIELI CHRISTOPH.

BENI. MOSCHE

S. S. THEOLOGIAE DOCTORI MINISTERII ECCLESIASTICI MOENO-FRANCOFVRTENSIS SENIORI ET CONSISTORII ADSESSORI

AFFINI SVAVISSIMO

Digitized by Google

Digitized by Google

HVNC LIBELLVM

OFFICII PIETATISQVE

PVBLICE DECLARANDAE

GRATIA

INSCRIPSIT

ADDICTISSIMVS CVLTOR

IO. CHR. GOTTL. ERNESTI.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORIBVS
ERVDITIS ET AEQVIS
S. D.
IO. CHR. GOTTL. ERNESTI.

Heſychius Lexicographus quamvis nunquam non ſummis doctorum hominum laudibus celebratus eſt, laudaturque iure quodam ſuo etiam nunc ab omnibus iis, quibus vera et ampla doctrina curae eſt, tamen iſtae omnium laudes movere me ſolae nec poterant nec debebant, ut in gloſſis ſacris, quae dicuntur, ex illius Lexico excerpendis atque illuſtrandis tantopere deſudarem. Quam enim in eius gloſſis, loca ſcriptorum veterum, quos vulgo profanos vocant, explicantibus, doctrinam atque elegantiam admirantur viri talium rerum intelligentes, hanc deeſſe, non omnibus quidem, at permultis tamen gloſſis illis, quae ad graecum librorum ſacrorum textum pertinere creduntur, multo uſu cognovi. Neque mirum hoc videri mihi quidem poterat, qui tractandis his gloſſis intellexeram, eas omnes ac ſingulas, vel ab Heſychio, vel ab interpolatore

 ignoto

ignoto ex libris et Commentariis veterum librorum ſacrorum interpretum excerptas eſſe, quorum complures nec potuiſſe ubique, nec fortaſſe, ſi vel maxime potuiſſent, auſos fuiſſe docte et eleganter explicare ſcripturam ſacram, ſciunt, qui illorum Theologorum ſcripta cognoverunt.

Verum alia erant, quibus cogitandis in ſpem deducebar, fore, ut gloſſis illis ſacris ſeparatim edendis non plane inutilem operam navarem. Primum in illis multas reperiebam tales, quae bene explicarent locum, ad quem pertinere videbantur; has itaque inprimis cognoſcendas eſſe arbitrabar. In gloſſis autem falſis vel levioribus putabam tamen non ſine fructu aliquo doceri poſſe, quare eſſent falſae aut leves, et quo modo rectius ſe fuiſſent habiturae; id quod in multis docui, in omnibus ne docerem, libelli fines nimium producendi metus me impedivit. Deinde quum praeter Albertianam Heſychii editionem, rariorem illam et pretioſiorem, non eſſet alia, quae vel ſine multis ſumtibus comparari, vel cum inſigni utilitate uſurpari a philologiae ſacrae cultoribus poſſet, utrumque hunc uſum inſtituto meo me praeſtiturum eſſe ſperabam. Nec denique vehementer deterrere me poterat doctiſſimorum hominum, Valkenarii,[a]) et Bielii,[b]) ſimile

a) Diſſert. de Gloſſis Sacr. ex Heſychio, quae eſt tertia in ſpeciminibus eius Academicis Franeq. 1737.

b) Specimen Heſychii Sacri, octo paginas continens, quod tamen videre nunquam mihi contigit.

ſimile inſtitutum, quamvis, ſi ita illi, ut coeperant, abſolviſſent opus, nunquam mihi in mentem venire potuiſſet, illis meliora ſcribere. Haud paullo ſollicitum me fecit Bielii Theſaurus philologicus, qui nuper, libello meo paene abſoluto, in Batavis editus eſt. In quo, quum non ex Heſychio ſolum, ſed ex Suida etiam, Phavorino, aliisque Lexicis gloſſas translatas reperirem, profecto verebar, ut hoc tanto opere perfecto, meum opuſculum valde requireretur. Sed utrumque accuratius comparantem, tria inprimis me conſolabantur. Primum enim eadem illa fere, quam Albertinae editionis eſſe dixi, caritas libri ſuccurrebat; deinde illum ſacrarum gloſſarum delectum ad uſum rectae interpretationis valde neceſſarium, de quo infra opportunior dicendi locus erit, ita prorſus deſiderabam, ut in hoc certe genere viri docti inconſtantiam potius accuſarem, quam admirarer diligentiam. Denique quum operis Bieliani conſilium pertineret tantum ad libros V. T. non poterant non deeſſe gloſſae illae omnes, quibus loca Novi Teſt. explicantur, et quas ego inprimis ſedulo excerpendas iudicavi.

Haec talia poſteaquam cogitaveram, admonitus praeterea a viro quodam Venerabili, meique amantiſſimo, quamvis incerta ſpe, tamen aggreſſus ſum opus. In quo quidem elaborando, quam ſim methodum rationemque ſecutus, paucis deinceps dicendum videtur.

Textum graecum gloſſarum plane ſic exhibui, ut erat ab Alberto expreſſus. In perpaucis aliquid mutavi, ubi in promtu erat mutandi neceſſitas. Praeterea, ſi quod vocabulum variis modis explicabatur, ſaepenumero illas explicationes omiſi, quae non ad ſacros libros pertinere videbantur, praeſertim, cum longior gloſſa erat. Enucleandarum vero gloſſarum ad ſacros libros pertinentium moleſtiam, quamvis valde minuit cum Alberti, tum caeterorum Heſychii interpretum ſumma diligentia, qua, locis inprimis ſcripturae ſacrae additis, gloſſas ſacras ab aliis non ſacris diſtinxerant et veluti ſeparaverant, tamen, re accuratius conſiderata, magno et iudicio et delectu opus eſſe intellexi. Nam propoſitum quidem erat Alberto, ad ſuam editionem congerere, quicquid reperire adnotationum poſſet, et profecto ſummam illarum copiam admiranda cum diligentia congeſſit. Sed, ut fit, his etiam bonis mixta eſſe mala, hoc eſt, inutilia, ſupervacua, incerta, cognovi inprimis ex adnotationibus illis, quae ad gloſſas ſacras pertinerent. Ergo, quae bona atque utilia reperiebam, ita in uſum meum converti, ut tamen modo brevius enarrarem, quae fuſius dicta, modo accuratius recenſerem, quae quaſi leviter ſignificata eſſent. Primum autem omnium ſcripſi mihi hanc legem, ut non niſi eas gloſſas excerperem, quas ad libros ſacros ſpectare, e certis criteriis et ſignis appareret, de quibus in diſſertatione ſequenti plura diſputavi. Ubi

criteria

criteria illa, ob ſimilitudinem verbi vel formae loquendi in ſcriptore profano aliquo obviae, ambigua eſſe ſuſpicabar, vel prorſus abieci gloſſam, vel dubitandi cauſas indicavi. Atque illa potiſſimum lex fecit, ut in gloſſis ſacris vel emendandis vel explicandis tum Heſychii interpretes, tum alios viros doctos, quos de gloſſis illis aliquid notaſſe reperiebam, ut Bielium, Wetſtenium, Pricaeum, Suicerum, et caeteros, non niſi ſumma cum cautione et delectu in auxilium advocandos cenſerem, quum eos fere promiſcue ad omnia illa loca ſcripturae ſacrae, in quibus ſimilis vox erat, Heſychii gloſſas adduxiſſe vidiſſem; quae ratio non ſolum contraria eſt conſuetudini veterum Lexicographorum, c) ſed et omnem ex illis gloſſis interpretationem reddit incertam.

Male vero me maxime habuit illud genus gloſſarum, quas etymologicas dixi. d) Quas quoniam plane inutiles ad interpretationem ſacram eſſe intelligebam, diu de iis in hanc ſyllogen recipiendis dubitavi. Tandem vero, ut, quamvis aegre, tamen reciperem, his fere cauſis permotus ſum. Primum quia in promtu erat, illas quoque gloſſas ſacras eſſe, verebar futuros eſſe nonnullos, qui, iis plane omiſſis, mancum hoc omne opuſculum exiſtimarent. Itaque ſatius duxi, variis lectorum iudiciis libellum accommodare, quam, nonnullorum ratione habita, multis non facere ſatis.

c) vid. Diſſert. ſequentis §. 3. Can. 1.

d) v. Diſſert. ſeq. §. 8.

ſatis. Porro quum ex iſtis gloſſis intelligi poſſet, partim quam exiguam celebres illi interpretes, Origenes, Euſebius, Cyrillus, aliique huius generis plures, in interpretando elegantiam adhibuerint, partim quam laboraverint nonnulli mira linguae hebraeae inſcitia, his etiam cauſis adductus ſum, ut gloſſas illas adſcriberem. Nam, ſi nihil aliud, tamen hoc effici poſſe arbitrabar, ut, quos in nonnullis parum idoneos interpretes eſſe cognoverimus, hos in caeteris rebus forte maioribus et gravioribus, non niſi caute et iudicio adhibito, ſequi adſueſiamus.

Quod ad notas attinet, quas ſingulis vocibus explicandi cauſa adſcripſi, ne quis putet me mihi tribuere velle aliena, iterum dicendum eſt, quod ſupra dixi, me in illis notis poſuiſſe, quicquid ab interpretibus Heſychii bene atque utiliter ad gloſſas intelligendas diſputatum eſſet. Saepiſſime etiam non poteram eadem, quae illi, non dicere. Nam cum unum ſit illud, quod verum eſt, neceſſario evenire ſolet, ut, cum duo in iisdem illud fontibus quaerunt, ambo reperiant idem. Verum praeter ea, quae vel correxi, vel commodius enunciavi, vel contraxi, haud pauca mihi videor addidiſſe, quae partim ad ſenſum partim ad originem gloſſarum cognoſcendam valerent. Itaque cum animadvertiſſem quatuor fere eſſe gloſſarum ſacrarum genera, unum, quod e ſynonymis vocibus, alterum, quod e membris parallelis textus graeci librorum ſacrorum,

tertium,

tertium, quod ex interpretum Aquilae, Symmachi, et Theodotionis explicationibus, quartum denique, quod ex veterum Theologorum vel Patrum commentariis originem traxerit, his veluti fontibus perſcrutandis inprimis operam dandam eſſe exiſtimavi. Et in prioribus quidem duobus generibus, quia ipſo ſacrarum literarum textu continebantur, paratior erat inveſtigatio; maiorem caetera difficultatem attulerunt. Nam etiamſi maximam partem fragmentorum Aquilae, Symmachi, Theodotionis aliorumque, Origenis opus Hexaplare a Montefalconio editum ſuppeditabat, tamen cum me non fugeret, multa in illo opere plane deeſſe, multa etiam ineſſe mutanda, et diſtinctius enuncianda, conquirere me oportebat, quicquid ad illa verſionum fragmenta vel amplificanda vel emendanda idoneum videretur. Deinde cum propoſitum mihi eſſet, aperire, ubi fieri poſſet, fontes ſingularum gloſſarum, ut partim, quantum cuique ſtatuendum pretium eſſet, intelligeretur, partim naſceretur emendandi facultas, duplex haec perſcrutandorum veterum in libros ſacros commentariorum neceſſitas allata eſt. Itaque Patrum graecorum, inprimis Origenis, [e]) Philonis Iudaei [f]) et Carpaſii, [g]) Atha-

e) Commentar. in Scr. S. ed. Huetii. Rothomag. 668.

f) Opp. ed. Thom. Mangey. Lond. 742.

g) Philonis Epiſc. Carpaſii enarratio in Cant. Canticorum ed. Mich. Aug. Giacomellus. Rom. 772. Hoc libro non

Digitized by Google

Athanaſii,[h]) Clementis[i]) et Cyrilli Alex.[k]) Baſilii M.[l]) Euſebii Caeſ.[m]) Hippolyti,[n]) Chryſoſtomi,[o]) Theodoreti,[p]) Theophylacti,[q]) Oecumenii,[r]) ſcripta et Commentaria vel ſingularibus libris expoſita, vel in Catenis,[s]) quae dicuntur, collecta, non ſine improbo labore ſcrutatus ſum; niſi forte illud iucundum eſt, cum diem integrum in tot tamque vaſtis voluminibus indagandis conſumſeris, tum reperire ſaepe nihil, ſaepe ea, quae nec quaeſiviſſe, nec reperiſſe ſatius fuiſſet. Quamvis in his etiam

non niſi caute et in pauciſſimis locis uti potui, quia myſticas tantum et plerumque abſurdas exhibebat interpretationes.

h) Quaeſtion. ſ. Interpretat. Parabolar. Scr. S. et Commentar. in Pſalmos fragm. in Opp. Col. 686.

i) Opp. ed. Potteri. Oxon. 715.

k) Opp. ed. Auberti. Lutet. 638.

l) Opp. cum Comment. Fr. Doucaei. Pariſ. 618.

m) Commentar. in Ieſaiam in Tom. II. Collect. novae Patr. Gr. Montefalconii.

n) Opp. ed. Fabricii. Hamb. 716.

o) Homil. in 4 Evang. et Pauli Epiſt. ap. Commelin. 596.

p) Opp. ed. Schulze. Hal. 769.

q) Commentar. in Pauli Epiſt. Lond. 636.

r) Commentar. in Ep. Pauli et Act. Apoſt. Pariſ. 631.

s) v. c. Catena Nicetae Patr. Gr. in Iobum. Lond. 637. Catena Niceph. Hier. Theodokii in Octateuchum. Lipſ. 772. Expoſitio Patr. Gr. in Pſalmos. gr. lat. ed. Corder. T. III. Antw. 643. Mich. Ghiſlerii Comment. in Ieremiam Lugd. 1633. — Symbolae Graec. Patrum in Matthaeum coll. a Balth. Corderio et Petr. Poſſino. Toloſ. 646. — Cat. gr. Patr. in Marcum ed. Petr. Poſſini. Rom. 673.

Digitized by Google

etiam bona inveni, hoc eſt, ea, quae ad gloſſas explicandas valebant, et e quibus intelligi illud poterat, quod inprimis requirebam; omnes illas gloſſas ſacras, quisquis ille demum fuerit, qui excerpſit, certe excerptas eſſe ex illis veterum graecorum Commentariis, et ita quidem, ut modo ipſa verba ponerentur, modo mutaretur oratio, atque ad uſum praeſentem accommodaretur.

Quod non in omnibus ac ſingulis gloſſis, unde eſſent hauſtae, adnotavi, aequi harum rerum iudices cum laboris moleſtiae et immenſae propemodum varietati condonabunt, tum cogitabunt fieri potuiſſe, ut multi eiusmodi libri, in quibus eſſent ſcripturae ſacrae commentarii, vel plane perirent, vel laterent in chartis manu ſcriptis, unde varia transſcribi potuerint, nondum adhuc aliunde cognita. Neque vero his veterum interpretum finibus, ut par erat, inveſtigandi ſtudium meum terminavi, ſed quicquid a viris doctis paſſim ita diſputatum reperi, ut ad gloſſas noſtras vel explicandas vel emendandas valeret, id in uſum meum converti. In quo mihi quidem, praeter varios interpretes librorum ſacrorum recentiores, ſcripta doctiſſimorum hominum, Suiceri, Hodii, Boiſii, Valkenarii, Alberti, Semleri, Fiſcheri, Scharfenbergii, aliorum, ſaepe in ipſo libello nominatorum, haud parum profuiſſe lubenter profiteor.

Praeterea, cum in animadverſionibus paſſim mentionem fecerim notarum Thomae

Reineſii

Reineſii ad marginem Heſychii ſcriptarum, ſignificandum mihi eſt, me uſum fuiſſe Heſychii editione Aldina, in cuius margine Th. Reineſius, qui eam habuerat, varias notas ſcripſerat, e quibus, quae inprimis utiles videbantur, transſcripſi.

Sed videor mihi ſatis explicaſſe modum, quem in excerpendis illuſtrandisque his gloſſis ſecutus ſum. Reſtat, ut breviter dicam de ſylloge gloſſarum in Pſalmos, quas ad calcem huius libelli poſui. Eas primum in Bibliotheca B. Io. Aug. Erneſti, paucis plagulis chartaceis inſcriptas reperi, verum cum accuratius inquirerem, vidi easdem in Catalogo MStorum Bibliothecae Taurinenſis T. I. p. 190 typis excuſas, ut appareret eum qui illas chartas Erneſto miſerat, ex illo Catalogo eas deſcripſiſſe, omnibus etiam ſcribendi vitiis expreſſis, quae tamen nunc vel ſuſtuli, vel certe annotavi. Ipſe Alberti quas in notis ad Heſychium ſaepe nominat gloſſas MStas in Pſalmos, plerumque quidem cum meis conveniunt, ſed quia partim manuſcriptas eas appellat, partim ex iis nonnullas adfert, quae nec erant in mea ſylloge, nec in Catalogo illo Taurinenſi, ut ad vv. *βδελύσσεσθαι. βδελύσσεται. ἐξιλάσκεσθαι. ἔζωσον. ἐξέτηξας* etc. non audeo contendere, illum ex eodem fonte hauſiſſe; praeſertim cum credibile ſit, plura talia exſtare vocabularia, quae gloſſas in Pſalmos ſimiles exhibeant. Pearſonius certe in Praefatione ad verſionem *τῶν ὁ* Alex. a Grabio editam, narrat

Lexicon

Digitized by Google

Lexicon vetus ſcripturarium ab Archiepiſcopo Armachano ſibi concreditum, in quo inter vocabula ad Pſalmorum explicationem pertinentia legatur et haec gloſſa: *μὴ ἀποσκορακίσῃς με. μὴ ἀποδοκιμάσῃς με. μὴ ἀποῤῥίψεις με*, quae eadem in noſtris etiam gloſſis exſtat. Deinde hae gloſſae plerumque etiam congruunt cum Lexico Cyrilli a Bielio ſaepe laudato, et paſſim in Suida reperiuntur, quamvis idem multas alias habet ex ſolo Theodoreto deſcriptas. Quicquid ſit, cum Catalogus ille Taurinenſis in paucorum, ut opinor, ſit manibus, gloſſis illis denuo edendis, nec inutilem nec plane ingratam lectoribus operam me navaturum eſſe exiſtimavi.

Caeterum ſi hic libellus meus, in quo adornando ſola mihi propoſita utilitas fuit, non plane diſplicuerit intelligentibus et aequis harum literarum iudicibus, animus eſt, niſi Deus impediat, praeter ſpicilegium gloſſarum Heſychianarum, gloſſas etiam ſacras illas excerpere atque illuſtrare, quas in Lexicis Suidae, Varini Phav. et Etymol. M. latere cognovi. Quemadmodum enim a me nunquam impetrabo, ut pergam literis mandare ea, quae ſatius ſit prorſus ignorare, ita, ſi quid ulli literarum bonarum generi utilitatis adferre ſcribendo poſſim, magnum officium me migrare arbitrabor, ſi ſcribere recuſem. Scripſi Lipſiae a. d. III. Ianuarii anni Chr. MDCCLXXXV.

Digitized by Google

DE
GLOSSIS SACRIS HESYCHII
DISSERTATIVNCVLA.

§. I.

De auctore gloſſarum ſacrarum. Sententia Alberti ponderatur.

Quum gloſſae illae ſacrae, de quibus mihi nunc diſputatio eſt, integro *Heſychii* operi inſertae ſint, ſuperfluum fere eſſet, de earum auctore diſſerere, niſi fuiſſent, qui *Heſychium* hunc auctorem eſſe negarent; quorum principes ſunt *Bentleius* et *Albertus*. Neque ego id nunc agam, ut omnem hanc litem dirimere audeam, ſed quaecunque ex eo genere dicam, eo tendent, ut illorum virorum argumenta, quibus in hac controverſia uſi ſunt, non ſatis certa eſſe oſtendam. Cauſas igitur, quare gloſſae illae ab *Heſychii* prima manu inſeri non potuiſſent, *Albertus* in Praefatione *Heſychio* praemiſſa, pag. IV. inprimis duas propoſuit. Prima haec eſt: *quia ſint alieno ſaepe loco inſertae, non eo, in quo per ordinem literarum collocari debebant.* De hac infra dicetur, ubi ad *Bentleium* ventum fuerit. Altera valde ſpecioſa eſt: *quod Heſychius in Praefatione ad Eulogium mentionem non faciat interpretum ſacrorum, e quibus hauſerit, non librorum divinorum etc. quamvis profanos ſcriptores, unde hauſerit, fere omnes nominet.* Bene: ſed audiamus *Heſychium.* Is primum non ſingulos auctores illos nominibus appellat, verum τὰς λέξεις Ὁμηρικὰς, καὶ Κωμικὰς, καὶ Τραγικὰς, τάς τε παρὰ τοῖς Λυρικοῖς, καὶ παρὰ τοῖς Ἰατροῖς καὶ Ῥήτορσι, τάς τε παρὰ τοῖς Ἱστοριογράφοις κειμένας nominat. Cui vero abſurdum videatur, ſi dicam

cam *Heſychium* ſcriptores ſacros eorumque Commentatores nominibus *Hiſtoriographorum* et *Rhetorum* forte comprehendiſſe, ne ſingulorum nomina addere cogeretur? Cum porro ita de Diogeniano, quo uſus eſt, diſputat: συλλήβδην δὲ ὁμȣ̃ ȣ̓δεμίαν λέξιν, ὥςε ἡμᾶς εἰδέναι, παρέλιπε, ȣ̎τε τῶν παλαιῶν, ȣ̎τε τῶν ἐπ' ἐκείνȣ γεγενημένων, ac denique de ſe hoc addit: τῶν πλειόνων λέξεων, καὶ σπανίως εἰρημένων, ȣ̓ μόνον αὐτῶν τῶν χρησαμένων τὰ ὀνόματα προσγέγραφα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπιγραφὰς, πάντων μὲν ἀπὸ τῶν ἀντιγράφων προστιθεὶς, κ. τ. λ. vereor, ut *Heſychium* gloſſarum ſacrarum auctorem credere, difficile vel abſurdum ſit. Nam cum omnia illa nomina ſcriptorum, quae ſingulis gloſſis, ut in v. ταλάντιον, ſe addidiſſe *Heſychius* fatetur, deperdita ſint, quis et nomina Sacrorum Scriptorum, Theologorumque veterum, ut ſaepe a Suida et Phavorino factum eſt, addita primitus fuiſſe neget? Et quidni porro cogitari hoc quoque poſſit, *Heſychio* ipſi, poſteaquam MStum ſuum perfeciſſet, in mentem veniſſe, etiam ex libris divinis gloſſas adiicere. Has deinde chartis inſeruit, ubicunque locus eſſet. Hinc factum eſſe potuit, ut multas alieno loco poneret, chartae et loci anguſtia coactus. Quod deinde ſcriptores ſacros in Prologo non nominavit, forte propterea omiſit, quod prologus iam abſolutus erat, nec amplius inſeri aliquid poterat. Forſitan adeo de induſtria praetermiſit *Heſychius* illorum librorum interpretumve ſacrorum mentionem facere in Praeſatione ad *Eulogium*, quem, ſi modo fuerit Epiſcopus ille Alexandrinus, ipſe *Albertus* appellat ſtrenuum catholicae fidei contra haereticos vindicem, ne is ſcilicet talibus gloſſis cum profanis permixtis offenderetur. Accedit, quod idem *Albertus* in Praefat. Cap. I. p. 5. demonſtrat, de *Heſychii* aetate nihil certi dici poſſe. Et haec tamen aetas, ſi indagari poſſet, unicum fere de illis gloſſis ſacris iudi-

candi argumentum ſuppeteret. Nam ſi certum eſſet, illum ante tempora *Cyrilli*, aut *Epiphanii*, quos in aliquot gloſſis, ut in vv. μνᾶ et τάλαντον et μονιὸς laudat, vixiſſe, certum etiam eſſet, illas non eius, ſed alius gloſſas eſſe. Neque tamen exinde ſequeretur, omnes gloſſas ſacras eſſe inſititias. Quamdiu ergo illa de aetate *Heſychii* quaeſtio non eſt ad liquidum perducta, nec certiora reperiuntur argumenta, quam quae hactenus propoſita ſunt, certam ſententiam dicere non poſſumus. Neque *Bentleius* quidem, (mirante ipſo *Alberto*) cum in Epiſtola ad *Millium* contra gloſſas ſacras diſputaret, uſus eſt illa ratione ex Praefatione *Heſychii* ducta, quae ab illa profecto non fuiſſet praetermiſſa, ſi ſatis ipſi idonea viſa fuiſſet. Ego quidem non nego multas tales gloſſas ab aliis inſeri potuiſſe, (vid. vv. νάπη. νάπαι. νάπας. νομή. ξενίζειν. ἀφόριος, quae variis modis et contra literarum ordinem repetuntur. Quae varietas ſine dubio interpolationibus tribuenda eſt) ſed quis dicat omnes interpolatas eſſe, quarum eſt tantus numerus?

§. II.

Bentleii ſententia iudicatur.

Neque magis argumentum illud, quo *Bentleius* gloſſas ſacras non ab *Heſychio*, ſed ab interpolatore ignoto profectas demonſtrare conatur, ei rei demonſtrandae ſufficere mihi videtur. Quanquam enim illud ſuſpicionem interpolationis movere poſſit, quod multae gloſſae inprimis ad literas ſacras pertinentes alieno loco et contra literarum ordinem poſitae ſunt, quoniam non ſemper locus ille in chartis reliquus fuerit, cui pro ſerie literarum gloſſas ſuas inſerere potuerit interpolator; tamen hinc nondum plane ſequitur id, quod vult *Bentleius*. Nam 1) hoc argumentum non pertinet ad omnes omnino gloſſas ſacras, quarum profecto maximum numerum

merum recte in loco ſuo poſitas reperimus. Neque iis, qui rem criticam callent, ignotum eſſe poteſt, in omni ſcriptorum veterum genere hoc inprimis caviſſe interpolatores, ut ne plus iuſto interpolarent, ſed paſſim vocem aut phraſin adſperſiſſe, quae ſpeciem veritatis prae ſe ferret. Deinde 2) idem illud accidit in gloſſis aliis non ſacris, ut in vv. *ἀγόπτεται. ἀγρώστη. ἀδία. ἀδιακελεύθω. ἀδρεῖτο. ἀερωδέστερα*, et aliis innumeris. Ergo potius *Heſychius* ipſe videri poſſit, libro confecto, ſpicilegium tum ſacrarum tum aliarum gloſſarum habuiſſe, ac ſuis locis quasdam inſeruiſſe: ubi vero adſcribendi locus non ſupereſſet, neceſſitate coactus, in aliis locis collocaſſe, ad quae ex ordine literarum non pertinerent. Denique 3) multae ex gloſſis ſacris recto ordine et loco ſuo poſitae, ita ſunt longae, ut plane non inſeri, ſcripto avtographo, potuiſſe videantur, niſi a prima auctoris manu adſcriptae fuiſſent. vid. v. *μονιός*.

§. III.

De indole et notis gloſſarum ſacrarum.

De indole gloſſarum ſacrarum praecipienti mihi ratione *Io. Aug. Erneſti* uti licebit, qui in Diſſertat. *de vero uſu et indole gloſſariorum Graecorum*, aliquot Canones conſtituit, e quibus illa intelligeretur, additis exemplis, quibus illorum veritas declararetur. In quo quidem nunc ſufficere arbitror, ſi quosdam praecipuos quaſi characteres ponam, e quibus indoles illa cognoſci poſſit. Cum autem exempla illa, quibus ad Canonum veritatem demonſtrandam olim uſus ſum, nunc maxime in ipſo libello tractata continentur, non opus ubique erit, integra repetere, ſed ad libelli obſervationes lectores ablegare ſufficiet.

Canon primus: *Gloſſae ſacrae ad certum aliquem certi ſcriptoris ſacri locum aut certam dicendi formam reſpiciunt, et plerumque ita quidem, ut explicationes voca-*

vocabulis non per ſe conveniant, ſed in hunc tantum locum cadant.

Secundum hanc regulam primum obſervari poteſt illud, quod omnibus fere gloſſis praeſertim *Heſychii* et *Suidae* commune eſt, verba non ut in Lexicis, caſu nominativo aut tempore infinito aut praeſente poni, ſed iis ſemper caſibus et temporibus diverſis, quae in ſcriptoris, ad quem pertinent, contextu reperiuntur. Quamvis, ut nulla regula, ſic nec haec eſt ſine exceptione. Nam ſubinde gloſſas inveni in infinitivo poſitas et ad certum locum pertinentes, in quo tamen alia forma erat. vid. vv. *νοσοῦν. ἀναιρεῖν. συνδυάζειν. ἐξοιβασμένη. κεκαυτηριασμένοι.* Nihilominus vero prior illa regula valet, quia horum exemplorum numerum longe ſuperat. Deinde tales explicationes plerumque ponuntur, quae verbo explicando per ſe non conveniunt, ſed quae monſtrant quaſi locum, ad quem pertineat gloſſa. Quibus notis ſimul caveri poteſt, ne in fontibus gloſſarum indagandis erremus. Ut, ſi verba: *μὴ κοίνου*, explicantur *μὴ ἀκάθαρτον νόμιζε*, duplici nota ſignificatur reſpici ad Act. Apoſt. X, 15. primum ipſis verbis, quae ibi leguntur, deinde interpretatione, quae illi tantum loco convenit. Nam *κοινοῦν*, quod per ſe ſignificat, *inquinare*, in loco Actorum pro orationis contextu notat *pro impuro habere*, *impurum exiſtimare*. Atque in genere gloſſarum ſacrarum ſedem reperire multo facilius, quam in caeteris, propterea eſt, quod in quamplurimis ipſa verba graeca indicant, non ad ſcriptorem profanum, ſed ſacrum, gloſſam pertinere. Qui enim graecam linguam ſatis callet, is facile linguam *τῶν ὁ*, quae et in N. T. dominatur, a pura graecitate diſtinguere poterit.

Canon ſecundus: *Interdum interpretatio ad integram formulam dicendi pertinet, non ad verbum illud unum ex illa formula, quod explicandum ponitur.*

Haec

Haec nota ſubinde maxime idonea eſt ad intelligendum, quo reſpiciat gloſſa. Ut, cum διεπρίοντο explicatur ἐθυμȣ͂ντο, non ad illud ſolum verbum, ſed ad integram locutionem reſpicitur, quae eſt in Actis VII, 54. διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, quod demum notat ἐθυμȣ͂ντο. Luculentum quoque eius moris exemplum eſt in illis gloſſis: νοσȣ͂ν. ϛασιάζειν, et ὀξὺς. φρόνιμος. vid. *Erneſti* Diſſert. Can. I.

Canon tertius hic ſit: ***Interdum uni voci plane diverſae explicationes adponuntur, quoniam illa vox ſono et literis alii ſimilis erat, quam ſive repetere noluit gloſſator, ſive per errorem confudit.***

Exempla ſunt in gloſſa hac: διαβȣ́λια. ἀμφιβολία. ἐνθυμήματα. διαλογισμοὶ: item in illa: ἐξαρτῆσαι. ἐκκρεμάσαι. τελειῶσαι. Huc et pertinent gloſſae etymologicae, in quibus voces hebraicae plane diverſo modo explicantur, pro radicum diverſitate, a quibus derivavit eas interpres. De quibus infra dicendi occaſio erit, ubi de fontibus gloſſarum ſacrarum diſputabitur.

Quartus Canon: ***Interdum verbum, aut formula dicendi ponitur ſine explicatione, vel explicatio ſine voce explicanda, ita tamen, ut ex antecedentibus utrumque ſuppleri poſſit.*** vid. gloſſa: ἐκληδονίζετο. ἐμαντεύετο. ὁ ἀπὸ ἀκοῆς μαντείας δεχόμενος.

Canon quintus: ***Interdum e genere, quo poſita eſt explicatio, interdum etiam ex verbo aliquo e textu addito, intelligitur, quem locum reſpiciat gloſſa.*** Ex poſteriori genere ſunt hae gloſſae: διεξόδȣς. αἱρετιῶ. ἀσχήμονι. ἐβαρυώπησαν. ἐπισπάσθω. Ex priori hae: ἔμμονος, et μύϛις. Eandem regulam vidi etiam annotatam olim a Valkenario de Gloſſ. Sacr. Heſ. p. 4.

Canon ſextus: ***Saepe in gloſſis pro explicatione ponitur ſive verbum parallelum, quod in ſequente membro legebatur, ſive ſynonymon, quod in textu additum erat.***

Canon ſeptimus: *Saepe gloſſae compoſitae ſunt variis variorum interpretum, Aquilae, Symm. Theodot. et LXX interpr. explicationibus.*

De his duobus generibus ibi pluribus dicetur, ubi de fontibus gloſſarum ſacr. diſputabitur. De caeteris, quae ad indolem, et notas gloſſarum pertinent, conferri poſſunt ea, quae *Erneſti* in Diſſert. ſupra laudata expoſuit. Unum addam, quod nondum ab eo obſervatum fuiſſe cognovi.

Canon octavus: *Sunt aliquot gloſſae, in quibus explicationi adiuncta eſt varia lectio eiusdem verbi, quod explicatur.* vid. vv. ἐβόλοντο. κατὰ πρόκλησιν. καὶ ἐπιστήριισας, et quae in notis dicta ſunt.

§. IV.

De fontibus Gloſſarum Sacrarum.

1) *ex ipſa Scriptura Sacra. Parallelismus.*

Gloſſae ſacrae Heſychianae duos in univerſum fontes habent: primum, ipſam ſcripturam ſacram; deinde, varios eius interpretes, ſive eos, qui in verſionibus conficiendis, ſive illos, qui in Commentariis ſcribendis elaborarunt. Sed utriusque fontis varii rurſus modi ſunt.

Quod ad primum fontem, ſcripturam ſacram attinet, multas gloſſas *e parallelismo* congeſtas eſſe obſervavimus. Cuius generis exempla ſaepe tam perſpicua mihi ſe obtulerunt, ut de eius fontis veritate dubitare nullo modo poſſem. Tale eſt in illa gloſſa: θραῦσις. ὀργή. πληγή. In qua explicanda, ſi quaeritur, quomodo θραῦσις voci ὀργὴ reſpondere poſſit, quaeſtionem omnem, niſi fallor, expediet locus τῶν ό Numer. XVI, 46. 47. ubi haec ſunt: ἐξῆλθε γὰρ ὀργὴ ἀπὸ προσώπȣ Κυρίȣ, ἤρκται θραύειν τὸν λαὸν, καὶ ἤδη ἐνῆρκτο ἡ θραῦσις ἐν τῷ λαῷ, e cuius loci membris parallelis

parallelis ſine dubio orta eſt gloſſa. Porro: διαῤῥήξωμεν. ἀποῤῥίψωμεν ex Pſalm. II, 3. ubi gloſſema in membro parallelo legitur. Deinde: βρίθει. βαρύνει, quae pertinet ad Sap Sal. IX, 15. ubi utrumque verbum in membris parallelis permutatur: φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχὴν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα. Quem locum cum conferrem, non dubitavi gloſſam illo modo exhibere, admonitus etiam *Abreſchii* auctoritate in Miſcellan. Obſervatt. V, 3. pag. 82. et *Mangei* ad Philon. de Plantat. Noë. pag. 330. Nam antea legebatur: βρίθει. θαῤῥύνει, aperto ſcribendi vitio. Praeterea vid. quae dicta ſunt in notis ad vv. διεπρίοντο, et ἐρεύγεται. Et iſta conſuetudo e locis parallelis gloſſas faciendi, tam late patet, ut adeo gloſſam repererim, quae ex duorum Evangeliſtarum narrationibus parallelis orta videbatur, ut: λυσιτελεῖ. συμφέρει, ex Luc. XVII, 2. et Matth. XVIII, 6.

§. V.

Alius fons e Synonymis.

Similes iſtis paucae ſunt aliae gloſſae, ex talibus locis confectae, in quibus ſynonymica verba iunguntur, ita ut unum proprium pro alterius tropici explicatione haberi poſſit. Talis eſt illa: ἐξίσαντο. ἐθαύμαζον, e loco Actorum II, 7. ſine dubio deprompta, ubi eſt: ἐξίσαντο καὶ ἐθαύμαζον.

§. VI.

2) *Ex interpretibus antiquis Sacr. Literar.*

Latius fere patet ille gloſſarum ſacrarum fons, quem in interpretibus antiquis ſacrarum literarum deprehendi. Ad illos enim primum referendi ſunt interpretes illi, qui libros ſacros Vet. Teſtamenti graece verterunt, ut *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotion* et alii, quorum nomina vulgo ignorantur. Itaque, qui tales gloſſas con-

Digitized by Google

ſarcinarunt, varias illorum interpretationes ita compoſuerunt, ut unam alterius explicationem eſſe declararent. Atque eandem fuiſſe mentem et conſuetudinem veterum eccleſiae doctorum, qui in libros ſacros commentaria ſcripſere, perſuaſit mihi locus *Gregorii Nyſſeni*, qui in Commentario ad Exodi XXV, 23. *παρεκάλεσας*, inquit, *τουτέστι διεβάστασας, οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος διερμηνεύει*: quanquam haec explicatio in hunc tantum locum cadere videtur, in quo magis ſenſus verbi hebraici, quam graeci *παρακαλεῖν* ſpectatur, quod profecto, extra talem nexum, non poteſt vim *τοῦ διαβαστάζειν* habere. Iam vero, eius generis cum multa ſint gloſſae ſacrae, quaedam exempla, eaque maxime perſpicua, recenſuiſſe ſufficiet. Tale eſt in illa gloſſa: *θραῦσμα. πληγή*, quam refero ad Exod. XII, 13. ubi *Aquila* hebr. נגף vertit *θραῦσμα* et *οἱ ό πληγή*. vid. Hexapla Orig.

Item in hac: *τενοντώσεις. νωτοκοπήσεις. ἀποκτενεῖς*, quae ex *Aq. Symm.* et *Theodot.* verſionibus ad Exodi XIII, 13. compoſita eſt: *οἱ ό* ibi habent *λυτρώσῃ*. Hinc etiam corrigendam putem gloſſam, in qua probabiliter explicanda interpretes valde ſe torſerunt. Haec eſt: *τράφος. τάφος*. Ego legerim: *τραφεὶς. ταφεὶς*, ut pertineret ad varios interpretes loci Geneſ. XV, 15. ubi *οἱ ό*: *σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ, τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ*. In hebr. vero eſt תקבר *ſepelieris*. Quare rectius h. l. *Aquila* et *Symm.* verterunt: *ταφείς*. Unde gloſſa, quae magis in correctione, quam explicatione verſatur. Lectionem tamen *τῶν ό*, quamvis falſam, ſecuti ſunt plures veterum; cf. *Philo* Qu. Rer. div. haer. p. 512. et ibi *Mangey*. Reperi adeo gloſſam, quae conſarcinata videtur e variis lectionibus Codicum *Theodoreti* ad Pſalm. LXXXVII, 7. ubi *Symm.* *ἐμοὶ ἐπέβρισεν ὁ θυμός σου*. Sed alius Codex *Symmacho* tribuit *ἐπεβάρησεν*, alius *ἐπεισφέρησεν*. Hinc gloſſa:

gloſſa: ἐπέβϱισεν. ἐπεβαϱησεν. Huc pertinere etiam videtur genus gloſſarum hinc ortum, quod unum idemque verbum hebr. in variis locis varie verterunt interpretes, ut ἐξȣδένωσας.

§. VII.

Uſus gloſſarum huius generis.

Hae tamen gloſſae tum demum uſum aliquem habent, cum difficilior, et minus obvia vox unius interpretis, faciliori alterius explicatur. Quodſi enim alter interpres vocem hebraicam falſo, alter recte vertit, non poteſt huius verſio illius explicatio eſſe, ſed magis correctio, quam gloſſa appellanda erit. Caeterum tales gloſſas fere ſemper ex ipſis Hexaplis Origenis deſcriptas eſſe, multis exemplis edoctus mihi perſuaſi; quamvis et veteres Interpretes Origene priores illas interpretum verſiones paſſim ita componere ſolent, ut ex his depromtae exiſtimari poſſint.

§. VIII.

E commentatoribus Script. Sacr.

1) *Gloſſae Etymologicae.*

Sequuntur caeteri interpretes, qui in libros ſacros Vet. et Nov. Teſtam. commentati ſunt, in quibus largi gloſſarum illarum fontes latent. Atque in his excutiendis intellexi, quam verum illud eſſet, quod olim *Erneſti* monuit, (in Diſſertat. de uſu Gloſſariorum graec.) neceſſe eſſe, ut, qui gloſſis *Heſychii* cum fructu uti velit, is Theologorum veterum inprimis graecorum ſcripta perſcrutetur. Evolventi enim mihi principum Theologorum, ut *Theodoreti*, *Oecumenii*, *Baſilii M. Cyrilli* et *Clementis Alexandr. Athanaſii*, aliorumque, quorum fragmenta in Catenis Patrum exhibentur, Scripta et Commentaria, contigit, ut quamplurimas gloſſas, quas

quas ſacras eſſe ſcirem, ſive iisdem, ſive leviter mutatis verbis reperirem; cuius quidem rei fidem ipſe libellus faciet. Illud ego quidem ſentio, ſi illi fontes ſunt gloſſarum ſacrarum, exinde cogi, quod bene notavit S. R. Doederlein in Biblioth. theol. Vol. II. p. 638. Heſychium poſt illos, hoc eſt, ſatis ſero vixiſſe. Sed tamen non poſſum mihi perſuadere, Theologos illos ex Heſychio hauſiſſe. Itaque, ſi quem illud offendit, is gloſſas illas ſacras ab ſeriore auctore inſertas exiſtimabit. Duo autem genera ſunt gloſſarum ex illis Veterum ſcriptis hauſtarum. Primum eſt earum, quas *Etymologicas* dixeris; in quibus voces hebraicae ſecundum etymologiam graece explicatae ſunt, idque omnium ineptiſſimum, quia maximam partem *falſis*, partim *arbitrariis*, partim *myſticis* tantum explicationibus continetur, in quibus excutiendis iudicandisque opera miſere perditur.

Falſae illae ſunt gloſſae, in quibus gloſſema non convenit notioni ſ. verae etymologiae vocis explicandae; ut ſi ἄβελ explicatur πένθος, et νεφθαλείμ. πλατυσμός. vid. quae ad utramque gloſſam in ipſo libello diſputata ſunt. Caeterum id interpretandi vitium ortum fuiſſe videtur ex inſcitia linguae hebraeae, quam multi veterum habuerunt, ut de Euſebio inprimis docuit Montefalcon. Collect. nov. Pattr. gr. Praeliminar. pag. 9. et de Epiphanio Petavius in Annott. ad Epiph. pag. 8.

Arbitrarias gloſſas eas dico, in quibus vocis alicuius non certa et quaſi fixa explicatio eſt, ſed variae adduntur eiusdem vocis aliae ſignificationes, prouti quisque ſibi radicem finxit, unde vocem illam enatam crederet. Hinc ſaepenumero factum eſt, ut unius eiusdemque vocis plane diverſae interpretationes ponerentur, quae non niſi ex tali arbitraria derivatione explicari poſſunt. Quibus quidem gloſſis nihil eſt abſurdius.

Talis

Digitized by Google

Talis eſt illa: Ἰωνᾶς. ἑρμηνεύεται, ὑψίϛȣ. πονȣ̃ντος. ἢ περιϛερά.

Non utiliores his, imo ineptiores ſunt *myſticae* gloſſae; quarum indolem quum omnibus notam exiſtimem, qui vel obiter inſpexerunt Veterum Patrum commentaria, ſufficiet contuliſſe, quae diſputata ſunt ad gloſſam hanc: Μωάβ, λέβης τῆς ἐλπίδος. ὅλων ἐθνῶν τὸ σύϛημα διὰ τῆς τȣ̃ Μωάβ προσηγορίας αἰνίττεται. θυσία ἀληθινὴ, τῷ πυρὶ τȣ̃ Θεȣ̃ πνεύματος θερμαινομένη. it. ἀπϕῶ.

Caeterum gloſſae illae etymologicae maxime depromtae videntur ex Nominum hebraeorum explicationibus, quales ad calcem plurium *Hieronymi* editionum veterum exſtant, a quibus fere nunquam diſcrepant. Deinde multum etiam in eo genere praeſtiterunt *Philo*, *Ioſephus*, *Euſebius* in libro de mutatione Nominum, *Baſilius M.* inprimis etiam *Cyrillus Alex.* etc. qui omnes iſtis vocum hebraearum explicationibus plus iuſto tribuiſſe videntur. cf. *Alberti* Praefat. Heſych. pag. 3. et Montefalcon. Praelim. ad Collect. Patr. graec. pag. 9. ubi has illius explicandi moris cauſas nominat. „Iudaei, inquit, illo tempore perpetuo obganniverunt, et ex detortis ſcripturae ſententiis Chriſtiana dogmata traduxerunt. Hinc ergo ſcriptores Eccleſ. ut petulanti et protervo generi occurrerent, omnia ad Chriſtum et ad Chriſti Eccleſiam referebant.“ Atque ingenue fateor, cum tales gloſſas (quarum non exiguus numerus in Gloſſario Heſychiano eſt) apud *Heſychium* reperirem, me fere deflexiſſe in opinionem, quam *Bentleius* inprimis defendit, gloſſas ſacras, quas dicunt, non *Heſychium* ipſum auctorem habere, ſed ab incertis interpolatas, textuique Heſychiano male inſertas eſſe. Cogitanti enim mihi de illa *Heſychii* elegantia, cuius certiſſima in caeteris gloſſis non ſacris indicia ſunt, plane fieri non potuiſſe videbatur, ut illas praeſertim gloſſarum etymologicarum

gicarum quiſquilias cum his coniungeret. Verum eandem hanc Heſychii elegantiam non poſſe illud efficere, ut gloſſas ſacras, quae vocantur, ab illo profectas vel inſertas fuiſſe, plane abſurdum exiſtimemus, duae inprimis cauſae mihi perſuaſerunt. Nam primum, quum et Theodoretum et Chryſoſtomum, ut his utar, quos in interpretando ſumma elegantia et doctrina uſos eſſe nemo negabit, tamen videamus ſaepiſſime interpretationibus etymologicis, quales ſupra deſcripſi, indulgere, quis idem ab Heſychii ingenio prorſus alienum fuiſſe affirmaverit? ut illud taceam, non raro vel hodie reperiri, qui, cum neminem habeant, in interpretandis ſcriptoribus profanis ſibi parem, facile ab omnibus ſuperantur, quando ad libros ſacros explicandos acceſſerint. Deinde conſtat, longe maximum numerum eſſe illarum gloſſarum ſacrarum, quarum utiliſſimus uſus ad interpretationem Librr. Sacr. eſſe poſſit, quaeque adeo *Heſychio* non indignae eſſe videantur. Cum vero neceſſe eſſet, ut et ipſis gloſſis etymol. explicandis levem ſaltem operam navarem, ſubinde etiam contigit, ut nonnullas ab interpretibus falſo, vel non intellectas, emendare poſſem, ut factum eſt in gloſſa hac: χαρά. ὀργή. ὀργίλος, ubi vid. quae in notis dicta ſunt.

§. IX.

2) *Gloſſae Grammaticae.*

Alterum multo utilius genus gloſſarum, quas ex Commentariis veterum Theologorum hauſtas dixi, illud eſt, quod grammaticum dixeris, quoniam explicationes verborum non ex etymologia, ſed ex uſu loquendi contextuque orationis ortas exhibet, eſtque earum gloſſarum inprimis magnus numerus. Utilitas autem ex eo patet, quod maxima earum pars ex optimis interpretibus, ut *Chryſoſtomo*, *Oecumenio*, *Theodoreto*, *Theophylacto* etc. deſumta eſt. Maximam partem dico; nam

nam et ſunt multae, quarum fontes etiamnum ignorantur, quamvis ſatis luculentum eſt, ad gloſſas ſacras illas pertinere. Ac, ſi illas excipias, quae forte ex ſcriptis veterum Theologorum deperditis depromtae ſunt, caeteras omnes deprehendi poſſe arbitror, ſi omnes omnium Veterum latebras excutere vel unius hominis, vel operae pretium eſſet. Deinde cum illarum gloſſarum ſatis magnus ſit numerus, fieri facile non poteſt, ut hoc loco exemplis utar. Maiorem utilitatem habebit illud, quod de recto uſu huius generis gloſſarum obſervari poteſt, praeſertim cum ſummos viros in ea re iudicium praecipitaſſe ſaepius intellexi.

§. X.

Cautiones circa uſum gloſſarum ſacrarum.

Primum igitur illud videbimus, quod in omni literarum genere tenendum eſt, ut cum iudicio ad illas gloſſas accedamus, ne *Heſychii* auctoritate capti, ſenſum verbi aut phraſeos illum, quem gloſſae fundunt, ſemper et ubique optimum certiſſimumque eſſe opinemur. Sunt enim illae, uti dixi, maxime ex iis interpretibus veteribus excerptae, qui, quamvis ſumma doctrina inſtructi, tamen ſaepenumero in vero verborum ſenſu conſtituendo errarunt. Accedit negligentia quaedam gloſſatoris, qui in multis verbis graecum modo textum inſpexiſſe, eumque ſine collatione textus hebraei explicaſſe videtur; unde falſae explicationes ortae. Illud factum eſt inprimis in iis locis, ubi aliud in graecis, aliud erat in hebraicis, ut in v. φυϱμὸν. Deinde ſumma inprimis cautio habenda eſt, ne 1) vel iis gloſſis multum tribuamus ad interpretandum praeſidii, quae num ad ſcripturae ſacrae, an profani alicuius auctoris locum ſpectent, non ſatis certo ſcimus, neve 2) gloſſas non ſacras ad voces vel phraſes Script. Sacrae explicandas temere uſurpemus. Prioris generis exempla ſunt

in

Digitized by Google

in vv. ζηλωτός, et ἐκόπασεν, et διχοτομία. In poſteriori genere inprimis ſaepe verſari *Wetſtenium* cognovi. Is enim, dum multa congerere ſtudet ex graecis ſcriptoribus, quae ad vocem vel phraſin graecam Nov. Teſt. illuſtrandam faciant, ſine diſcrimine omnes gloſſas *Heſychii* laudat, cum ſimiles voces in illis explicantur, nec plane contraria eſt explicatio loco illi, quem tractat. Scient hoc, qui evolvere eius notas ad Nov. Teſt. velint. Huc et alibi dixi pertinere Bielium, qui in Theſ. philol. quicquid ſimile eſt in Heſychio, ad voces explicandas promiſcue contulit. Ineptum exemplum inprimis eſt ad v. κατόχιμοι.

Denique cavendum eſt, ne gloſſis ſacris ad criſin Veteris vel Novi Teſt. temere utamur. In iis enim gloſſis, quae videri poſſint talem uſum habere, verendum eſt, ne memoriae lapſus vel arbitrariam mutationem pro varietate lectionis vera accipiamus. Utar exemplo *Suidae*, cuius in hoc genere par ratio eſt. Is habet gloſſam: ξένος. καὶ ὁ ξενοδόχος. ὁ Ἀπόστολος. ἀσπάζεται ὑμᾶς ξένος ὁ φίλος μου. In promtu eſt reſpici ad Paulum Rom. XVI, 23. ſed ibi legitur hoc: ἀσπ. ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου. Ergo ſine dubio *Suidas*, vel quisquis auctor fuerit illius gloſſae, ex memoria Apoſtoli verba poſuit, unde profecto varia lectio hauriri non poteſt. Aliud ſimile exemplum e Suida depromtum vid. ad vv. ἐπιλείψει, et ὀψώνιον. In Heſychio tamen talia exempla nondum adhuc reperire potui, quippe qui rariſſime ipſa verba ſcriptorum adpoſuit.

A. Ἄβελ.

Digitized by Google

A.

῞Αβελ. πένθος.

ἅβρα. δέλη. παλλακή.

ἅβραι. νέαι, δέλαι.

ἀβραάμ.

ἅβελ] Si nomen Abeli fratris Caini explicare voluit grammaticus, erravit. Nam illud potius ſcribitur הבל *vanitas*. Secutus fortaſſe eſt Ioſephum Antiq. Iud. I, 2. §. 1. ἀβέλος σημαίνει πένθος; ubi tamen ἐδὲν pro πένθος veterem interpretem legiſſe Havercampus ſuſpicatur. Et ſic τὸ הבל verterunt οἱ ό Eſ. 49, 4. εἰς ἐδὲν. Nec defendere illud poteſt, quod Tychſenius in Tentam. de Var. Cod. hebr. etc. p. 131. dicit illum in Codice hebr. graeco legiſſe ἅβελ et de voce אבל cogitaſſe. Caeterum etiam apud Euſeb. Praep. Evang. XI, 6. ἅβελ ἑρμηνέυεται πένθος. cf. Philo de migr. Abrah. p. 447. Utrumque coniunxit Hieronymus libr. nom. hebr. *Abel*, luctus vel vanitas. Profecto igitur per errorem illi confuderunt nomen hebr. urbis אבל ἀβὲλ *luctus* 2 Sam. 20, 18. Neque hunc locum animadverterat Albertus.

ἅβρα] Sic eſt Iudith 8, 33. ubi ἅβρα et de *ſerva* et de *pellice* accipi poteſt, quia ſaepe utrumque fuit coniunctum. vid. Biel. Theſ. phil.

ἅβραι] Sic diſtinguendam gloſſam cenſeo. Nam reſpicitur ſine dubio ad Gen. 24, 61. ubi Aq. παιδίσκαι. Sym. κοράσια, et Exod. 2, 5. hebt. נערתי αἱ νέαι. Sed δέλαι forte ideo verterunt, quod confuderunt cum עברה *ſerva*, et pro Daleth legerunt Reſch, unde vox graeca ἅβρα, ut ſupra ἅβρα. δέλη. v. Exod. 21, 7. cf. St. le Moyne Var. Sacr. T. II. p. 287.

Digitized by Google

ἀβϱάμ. πεϱάτης. ἡ πατὴϱ μετέωϱος. Ἀβϱαὰμ δὲ, πατὴϱ πολλῶν ἐθνῶν.

ἄβυσσος. πέϱας ἐκ ἔσχεν. ὕδατα ἄπειϱα. ἀκατάληπτα.

ἀγα-

ἀβϱάμ] Coniunxit gloſſator varias illius vocis explicationes, prouti a variis interpretibus diverſam etymologiam ſequentibus ortae eſſent. Sic περάτην verterat, qui τὸ עבר in mente habebat, ſive etiam deceptus erat interpretibus graecis, qui Geneſ. 14, 13. Abrahamum τὸν περάτην vocant. vid. Monteſalc. in Hex. Orig. ad h. l. Illam verſionem τῶν ό reprehendere etiam Theodoretus videtur ad Geneſ. l. c. cum dicit: ἐλθὼν τις, φησὶν, ἀνήγγειλε τῷ Ἀβραὰμ τῷ περάτῃ· τῦτο δὲ παρὰ τῷ Ἑβραίῳ κείμενον εὗρον Ἑβρεῖ. τὸ δὲ Ἑβρεῖ ἐξελληνιζόμενον Ἑβραῖος γίνεται. — πατὴρ μετέωρος dicitur rectius ab אב et רם, quo modo explicant Clemens Al. Strom. Lib. V. p. 648 et Philo libr. de Abrah. p. 13. Tom. II. ubi eam denominationem ſic explicat: ὁ ἀστρολογικὸς καὶ μετεωρολογικὸς, ὡς ἄν τις πατὴρ ἐγγόνων ἐπιμεληθείη. cf. Philo libr. de Gigant. p. 271. De ultima explicatione vid. Geneſ. 11. Clemens Alex. et Philo l. c. τὸ ἀβραὰμ explicant πατὴρ ἐκλεκτὸς ἤχυς quaſi אב בחר המה quam vocis notationem reſpexiſſe auctorem Ep. ad Hebr. 11, 8. Mangey ad loc. laud. Philonis exiſtimat. cf. Niceph. Caten. in Octat. T. I. p. 221. et Suiceri Theſ.

ἄβυσσος] Albertus pro ἔσχεν legendum cenſet ἔχων. Sine dubio prior explicatio pertinet ad locum veteris ſcriptoris, ubi adiective ponitur pro ἀπέραντος, ut πλῦτος ἄβυσσος. — Pro *mari*, ſ. *aqua profunda* in Sacr. ſcript. ſaepius. Vid. Iobi 28, 14. ubi permutatur cum θάλασσα. Simile quid de ea voce habet Baſil. M. Homil. II. in Hexaëm. p. 21. ἀβύσσυ δὲ ἔννοια τίς; ὕδωρ πολὺ δυσέφικτον ἔχον ἑαυτῦ τὸ πέρας ἐπὶ τὸ κάτω. Symm. etiam ad Ion. 2, 6. hebr. תהום vertit ἀπέραντος, uti docuit Cel. Fiſcherus in Prol. de Verſſ. gr. V. T. etc. p. 23. — In explicatione ultima putem gloſſatorem ante oculos habuiſſe locum Pſalmi 35, 6. τὰ κρίματά σῦ ἄβυσσος πολλή. i. e. ἀκατάληπτα, ut et vett. interpretes explicarunt. Sic in

Caten.

Digitized by Google

ἀγαπητὸν. μονογενῆ. κεχαριςμένον.
ἄγγαρος. ἐργάτης. ἀχθοφόρος. ἡ λέξις δὲ περσική. σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους.
ἁγιάσατε. κηρύξατε.
ἁγιάσει. διαφυλάξει.

Caten. Pſalm. ad h. l. Anonym. explicat: τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ ἀκατάληπτον. Eodem modo Athanaſ. Comment. in Pſ. 17, 23. cf. Suiceri Theſ.

ἀγαπητὸν] Sic οἱ ό hebr. יחיד et μονογενῆ et ἀγαπητὸν vertunt promiſcue. Geneſ. 22, 2. Jerem. 6, 26. Amos 8, 10. Zach. 12, 10. cf. varr. lectt. ad Iud. 11, 34. Hinc illae voces et in N. T. permutantur, ubi Ieſus mox υἱὸς ἀγαπητὸς, mox μονογενὴς dicitur. Eodem modo etiam Suidas. Caeterum dubium eſt, annon ad Homerum reſpiciat gloſſa, cui Aſtyanax, Hectoris filius ἀγαπητὸς dicitur Il. 2. Ibi vero interpres explicat μονογενῆ. Etiam Phavorin. exempla ex Homero et Heſiodo adfert. vid. Suiceri Theſ. et Henr. Heiſen Diſſert. in Oelrichii Collect. Opuſc. phil. T. I.

ἄγγαρος] cf. Matth. 5, 4. ubi τὸ ἀγγαρεύειν notat: cogere aliquem ad aliquid portandum vel ad currendum et conficiendum iter cum onere impoſito, coll. Cap. 27, 32. Vulg. *angariare*, quod defendit Alber. Gentilis in diſſ. de latinit. Vet. Bibl. verſ. p. 4. et locum Irenaei laudat, qui idem habeat. cf. Meurſii Obſervatt. crit. et Salmaſ. de foen. trapez. p. 275. Chryſoſt. ad Matth. l. c. τὸ ἀγγαρεῦσαι ἐςὶ τὸ ἀδίκως ἑλκῦσαι καὶ ἄνευ λόγου τινός.

ἁγιάσατε] Ioel. 1, 14. ubi utraque vox eſt in membris parallelis. cf. 1 Petr. 3, 15. et Ieſ. 8, 13. Phavorin. addit: προευτρεπίσατε.

ἁγιάσει] Prov. 20, 25. Num. 6, 11. in quo loco pro ἡγιάσθη legitur διαφυλάξει. Ergo forte qui hanc gloſſam conſarcinabat, ſynonyma illa eſſe putabat.

Digitized by Google

ἄγιον. τ8͂ ἄγνȣ τὸ σπέρμα.
ἀγκύλας. ὀγκίνας, σκεύη. ἢ χαλεπάς.
ἄγξαι. χαλινῶσαι.
ἄγονος. ἄτεκνος, ἄκαρπος, ἄσπορος.
ἀγὸρ. ἀετός.

ἀγγι-

ἄγιον] Theologus quidam in Codice Alberti adſcripſerat, Heſychium reſpexiſſe ad Lucae 1, 35. Sed Albertus putat tum legi debere τῆς ἀγνῆς *caſtae*, ſcil. virginis Deiparae. Decepti omnino ſunt, qui de gloſſa ſacra cogitabant. Scribe τȣ͂ ἄγνȣ τὸ σπέρμα, *ſemen agni*, qui eſt frutex huius nominis et dicitur *agnus caſtus*, ſ. *arbor caſtifica*. Ergo aliquis eius ſemen dixit τὸ ἄγιον. De illo vid. Dioſcorid. Lib. I, 26. et Henr. Valeſ. not. ad Methodii Conviv. Virg. in Tom. II. Opp. Hippolyti p. 115. ed. Fabric. — Theodoretus ad Levit. 23, 40. τὸν ἄγνον vocat σωφροσύνης δηλωτικὸν καὶ ἡδονῆς σβεστικόν. Φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ ἐσθιόμενον καὶ ὑποστρωννύμενον σβεννύναι τὴν φλόγα τῶν ἡδονῶν. cf. Phavorin.

ἀγκύλας] Exod. 26, 4. ἀγκύλας ὑακινθίνας etc. Pro χαλεπὰς Palmerius corrigebat κάλπας, quae eſt vaſis ſpecies. Sed recte id reiecit Albertus pro adiectivo habens ab ἀγκύλος *durus, difficilis*. Nam et mox Heſych. ἀγκύλον. σκολιόν. στρεβλόν.

ἄγξαι] Pſ. 37, 9. ἐν χαλινῷ ἄγξαι, hoc eſt, χαλινῶσαι. vid. Suicerus in Theſ. Scilicet ſine addita vel ſubintellecta voce ἐν χαλινῷ verbum ἄγξαι ſolum non facile poſſit illum ſenſum habere.

ἄγονος] Exod. 23, 26. ȣ̓κ ἔσαι ἄγονος, ubi Compl. ἄτεκνος, ȣ̓δὲ ἄγονος.

ἀγὸρ] Suſpicio eſt id factum eſſe ad hebr. עגור, quamvis id vulgo non *aquilam* notat. Sic Eſ. 38, 14. כסוס עגור vertunt: *ſicut grus et hirundo*. Aq. ὡς ἵππος ἀγὼρ. Theod. ὡς χελιδὼν ἀγώρ. Sed Bochartus demonſtravit in Hieroz. P. III. lib. I. cap. 10. *gruem* denotari et fortaſſe Heſychium ſcripſiſſe ἀγὸρ. γέρανος. Phavorin. ἀγὸρ. ἀετός. Κύπριοι. Incerta ſunt, quaecunque de avium notione proferri poſſunt.

Digitized by Google

ἀγγιϛεύουσα. ἐγγὺς οὖσα πρός τι γένος.

ἀγγιϛεύς. συγγενής.

ἀδά. ἡδονή. πηγή.

ἀδάμα. παρθενικὴ γῆ.

ἀγγιϛεύουσα] Non ſatis perſpicua gloſſa eſt, ſi, ut videtur, pertinet ad Num. 38, 8. θυγάτηρ ἀγχιϛεύουσα κληρονομίαν, *filia, quae iure cognationis haeres eſt.*

ἀγγιϛεύς] Vox exſtat Ruth. 3, 9. 12. etc. 2 Reg. 14, 11. Incertus interpres ad locum Ruth in Catena Niceph. Octat. T. II. p. 270. expl. ὁ ἐγγύτατος τῷ γένει.

ἀδά] Duo ſunt loca, quae huc pertinere videntur. Ioſ. 19, 21 En-hadda i. e. *fons Hadda*; vel Geneſ. 2, 6. ubi אד a τοῖς ό redditur πηγή. Quod ἡδονὴ vertitur, Albertus repetendum cenſet ab חדוה Chald. חדא *laetari.* hebr. חדה. Kuſtero placuit conferri hebr. עדן quod *voluptatem* notet. Unde graecas voces ἅδος, ἅδονα et ἡδονὴ originem ducere. cf. Geneſ. 2, 15. et Celeb. Scharfenberg in Animadv. ad Montefalc. Hexapla Orig. p. 1. Alia habet Semlerus in Notitia Lex. Heſych. p. 43.

ἀδάμα] Veroſimillimum eſt, quod Fullerus tradit in Miſcell. Sacr. Lib. IV. c. 20. reſpici ad vocem hebr. אדמה quae ſignificat *terram rubram*, quam vim cum uno vocabulo exprimi non poſſe cenſuiſſet Theodotion, aliquando repoſuiſſe nomen *Adama*, ut et οἱ ό Eſ. 15, 9. et Heſychium illud mutuaſſe a Procopio, qui ad Eſ. l. c. ita: ἀδάμα σημαίνει τὴν γῆν παρθενικήν, ἀφ' ἧς Ἀδὰμ ἐπλάσθη. Similis terrae ſpecies eſt etiam Chymicis celebrata, quae ab illa vi recenti et nondum uſurpata dici ſolet: *Jungfererde.* Fulleri rationem probat Weſſeling. in Miſc. Obſ. IV, 1. p. 125. ubi docet illam Heſychii gloſſam derivatam eſſe ex Baſilii M. Comment. in Eſ. 16. pag. 1112. qui eadem quae Procopius verba habet, ſed ultima ita: ἀφ' ἧς ἐγένετο τὸ σῶμα τοῦ Ἀδάμ. Conſentit Ioſephus Ant. Iud. I, 1. §. 2. ὁ δὲ ἄνθρωπος οὗτος Ἀδάμος ἐκλήθη. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τὴν E.βραίων, πυῤῥός, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς ἐγεγόνει. τοιαύτη γὰρ ἐϛὶν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή. Havercamp. ad h. l. con-

fer-

ἀδημονῶν. ἀγωνιῶν.

ἀδιάκριτον. μὴ ἔχοντα διάκρισιν.

ἀδίκους. τοὺς ἄνευ βλάβης ἀδίκους.

ἀδόκιμον. πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον.

ἀδολεσχεῖ. φλυαρεῖ, μακρολογεῖ.

ἁδροί. πλούσιοι.

ἁδρὸς.

fert phraſes has: *Virgo terra*, apud Tertull. *uvae virgines*, et *charta virgo* apud Horatium et Martialem. Mangey ad Philonis Legg. alleg. Lib. I. p. 62. reponendum cenſebat apud Heſychium ἐρυθρὰ γῆ, ut Hieron. de nom. hebr. *Adam*, homo, vel terra rubra, et in fragm. graeco: Ἀδὰμ, ἡ γῆ ἐρυθρά. Lex. Orig. p. 182. Ἀδὰμ· γηγενὴς ἄνθρωπος, ἡ ἐρυθρά. Sed tamen in eodem illo fragmento legitur: Ἀδὰμ. γῆ παρθένος, ἡ γῆ αἱματώδης. cf. Niceph. Cat. in Octat. T. I. p. 120. 1289 et 1291.

ἀδημονῶν] Sic Symm. Pſalm. 115, 2. cf. Phil. 2, 26. ubi idem. vid. Bielius in Theſ. phil.

ἀδιάκριτον] Poſſunt his explicari verba Apoſt. Iacobi 3, 17. vid. in voce διάκρισις. Abreſch quoque laudat Prov. 25, 2.

ἀδίκους] Forte gloſſa reſpexit ad Matth. 5, 45. ut mitigaretur illud, quod Deus dicitur pati, ut ſol ſplendeat ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

ἀδόκιμον] Rom. 1, 28. παρέδωκαν εἰς ἀδόκιμον νοῦν.

ἀδολεσχεῖ] Forte legendum ἀδολέσχει. μακρολόγει. ex Sirac. 7, 14. aut 35, 10. quibus locis plane convenit gloſſema. Caeterum idem verbum in aliis locis Script. S. etiam dicitur bono ſenſu de *continua meditatione* et *precatione*, ut ex veteribus inprimis Didymus docuit ad Pſalm. 76, 4. in Cat. Patr. — cf. Phavorin.

ἁδροί] Sic apud Iob. 29, 9. hebr. שרים. Interpretes ap. Orig. οἱ ἄρχοντες. Et 4 Reg. 10, 6. ἁδροὶ τῆς πόλεως. hebr. גדולים. Eſ. 34, 7. ἁδροὶ vertunt hebr. ראם *unicornes*, qui tropice dicuntur pro potentibus et magnis, ut in eodem loco κριοὶ καὶ ταῦροι.

Digitized by Google

ἁδρός. μέγας. πλούσιος.

ἄδωνις. δεσπότης. ὑπὸ Φοινίκων.

ἄζυμα. τὰ ἄνευ παλαιᾶς ζύμης.

ἄζωτος. ἔθνος Συρίας, καὶ πόλις.

ἀθετεῖ. ἀτιμάζει. ῥιπτάζεται.

ἀθυμῶν. λυπούμενος.

αἰαῖ ἄσας. οἴμοι, οἴμοι.

αἰδήμονα. αἰδέσιμον.

αἰθάλη. σποδός. τὸ ἐκ καμίνου μέλαν.

ἁδρὸς] Ierem. 5, 5. ubi Chryſoſt. expl. *τοὺς μεγιστᾶνας καὶ τοὺς βασιλεῖς* in Comment. Ghisler. p. 941. Iob. 29, 9. hebr. גדול et שׂר.

ἄδωνις] ex nomine hebr. אדון *dominus*. Sic Ezech. 30, 22. *οἱ ὁ κύριος* et ed. Compl. *ἀδωναΐ*.

ἄζυμα] Videtur in mente habuiſſe locum Pauli 1 Cor. 5, 7. quia ibi de *παλαιᾷ ζύμῃ*. vid. ad h. l. Theodoretus. In Phavorin. additur: *ὃ καλεῖται προζύμη*.

ἄζωτος] Huius urbis et incolarum non uno in loco Script. S. mentio fit. Sed incolae dicuntur *ἀζώτιοι* 1 Sam. 5, 3. Nehem. 13, 23. 24. Unde et Heinſius voluit legi *ἀζώτιος*. Urbs vero *ἄζωτος* 1 Sam. 5, 1. Permutavit gloſſator utrumque verbum ob ſimilitudinem, ut vox *ἄζωτος* ad ultimum gloſſema proprie pertineat.

ἀθετεῖ] Sic 1 Theſſal. 4, 8. Luc. 10, 16. et alibi. Eſt etiam *ἀθετεῖ* apud *τοὺς ὁ* Eſ. 21, 2. pro quo Symm. *ἀθετεῖται* quo forte pertinet alia Gloſſa Heſych. *ἀθετεῖται, καταφρονεῖται. ὑβρίζεται*. vid. Druſ. ad h. l.

ἀθυμῶν] Sic ſaepe ap. *τοὺς ὁ* et 1 Sam. 1, 7.

αἰαῖ ἄσας] Alberti confert hebr. אללי לי Iob. 10, 15. Mich. 7, 1. ubi *οἱ ὁ οἴμοι*, Bielius in Sched. MSS. natam eſſe vocem dicit ex hebr. אוי לי vel אוי נא לי quod *οἱ ὁ* Ierem. 45, 3. exponunt *οἴμοι οἴμοι*.

αἰδήμονα] 2 Macc. 15, 12.

αἰθάλη] Sic Exod. 9, 8. *αἰθάλη καμιναία*.

Digitized by Google

αἷμα. γένος, σπέρμα.

αἶνȣ. ἐπαίνȣ, ὕμνȣ.

αἱ πορεῖαί σȣ. αἱ ὁδοί σȣ.

αἱρετιεῖ με. προτιμοτέραν ἡγήσεταί με.

αἱρετιῶ. προσλαμβάνω, αἱρῶ αὐτȣ̀ς πρὸς ἐμαυτόν.

αἱρετώτεραι. καλλιώτεραι.

αἴσθησις. νόησις.

αἰσθητήρια. τὰ μέλη, δι' ὧν αἰσθανόμεθα.

αἰσχροκερδής. ἐπιθυμητὴς κακῶν.

αἰτῶν.

αἷμα] Act. 17, 26.

αἶνȣ] Heſychium reſpexiſſe Exod. 32, 18. coniicit Boſius in Prolegom. ad LXX et ibi legit αἶνȣ pro οἴνȣ. Sed Alberti ad v. αἶνον demonſtrat Homeri locum huc pertinere ex Odyſſ. φ. 110.

αἱ πορεῖαί σȣ] Reſp. Pſalm. 67, 24. Sic et Iacob. 1, 11. Sed in his αἱ ὁδοὶ tropice dicuntur de modo agendi, tractandive alterum, uti bene Theodoretus ad l. Pſalmi: τὰς πορείας τȣ̃ Θεȣ̃ τὰς οἰκονομίας καλεῖ. Unde infra Heſych. ὁδὸν τῆς εἰρήνης explicat τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν. Theodoret. ad Habac. 3, 6. τὰς πορείας τὰ ἔργα καλεῖ.

αἱρετιεῖ] Ex Geneſ. 30, 20.

αἱρετιῶ] Malach. 3, 17. αἱρετιῶ αὐτȣ̀ς.

αἱρετώτεραι] Ex Prov. 16, 17.

αἴσθησις] Sic hebr. דעת verterunt οἱ ό αἴσθησιν. Proverb. 1, 4. 12, 1. et alibi. Prov. 10, 14. σοφοὶ κρύψȣσιν αἴσθησιν. Aq. γνῶσιν. Vulg. *ſcientiam.* Iungitur et αἴσθησις cum ἐπιγνώσει Phil. 1, 9.

αἰσθητήρια] Sine dubio reſpexit Hebr. 5, 14. Sic et legitur Ierem. 4, 19. Plane ita Damaſcenus de Fid. orth. Lib. II. Cap. 18. expl. τὰ ὄργανα, ἢ τὰ μέλη, δι' ὧν αἰσθανόμεθα. Sic et iisdem verbis Phavorin.

αἰσχροκερδής] Ad κακῶν Pricaeus addit κερδῶν in priori ep. ad Timoth. 3, 3. et ſubintelligit Albertus. Sic explicatio conveniet loco Pauli ad Timoth. et Tit. 1, 7.

Digitized by Google

αἰτῶν. ζητῶν, παρακαλῶν.

αἰχμαλωτίζοντα. εἰς δȣλείαν ἄγοντα μετὰ βίας.

αἱ ψελλίζȣσαι. αἱ ἀσήμως λαλȣ̃σαι.

ἀκαταμάχητον. ἀνίκητον, ἀνήττητον.

ἀκηδία. αἰσχύνη. ὕβρις.

ἀκηλίδωτον. ἄσπιλον, καθαρόν.

A 5 ἄκμα.

αἰτῶν] Matth. 7, 8. vid. Pricaeus.

αἰχμαλωτίζοντα] Rom. 7, 23. Gloſſae ad h. l. habent εἰς δȣλείαν ἄγοντα. vid. Gloſſar. Alberti in N. T. p. 101.

αἱ ψελλίζȣσαι] Ego hanc corrigo ex alia gloſſa: ψελλίζειν. ἀσχήμως λαλεῖν. et hoc quoque loco lego ἀσχήμως pro ἀσήμως. Nempe gloſſa pertinet ad Eſ. 29, 12. ſive 32, 4. γλῶσσαι αἱ ψελλίζȣσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. in quo loco ψελλίζειν non eſt ſimpliciter *balbutire* ſed ad ſenſum potius: *male, contra decorum loqui.* Opponitur enim λαλεῖν εἰρήνην. Hinc et Theodoretus explicat: ἀντὶ τῆς βλασφημίας ὑμνῳδίαν προσφέρȣσιν, ex qua interpretatione ψελλίζειν idem eſt quod βλασφημεῖν. Dathius: *incondite loquentes.* Conſentit Euſebii Caeſ. ad locum Eſ. explicatio: αἱ τῶν πάλαι τὸν Θεὸν μὴ νοȣ́ντων, μηδὲ ὀρθὰ λαλȣ́ντων ἐθνῶν. Cyrillus Al. ad Eſ. 32. αἱ ψελλίζȣσαι, τȣτ' ἐςὶν, αἱ λαλεῖν ὀρθῶς μὴ εἰδεῖαι.

ἀκαταμάχητον] vid. Sap. 5, 20. et utitur voce Symm. Cantic. 8, 6. ubi οἱ ὁ δυσκαταγώνιςος.

ἀκηδία] Munkerus laudat locum ex Ieſ. 61, 3. ſed ibi πνεῦμα ἀκηδίας ex hebr. potius notat *animum triſtem.* Forte huc magis pertinet locus ex Sap. Sirach. 29, 6. ubi λόγοι ἀκηδίας videntur eſſe λόγοι ὕβρεως.

ἀκηλίδωτον] Maxime convenit Sap. Sal. 7, 26. ubi eſt ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον, et conferatur ibi contextus. it. Cap. 4, 9. Similiter Clemens Alex. Paedag. L. I. Cap. 2. In Phavor. add. ἀκήρατον. Sed non ſatis aptus eſt locus e Proverb. 25. 18. ubi ed. Vat. legit ἀκηλίδωτον, ſed Alex. ἀκιδωτὸν τόξευμα, hoc eſt, uti demonſtravit Bielius ad h. v. *ſagitta acuta.* Nam caeteri interpretes habent ἠκονημένον. Unde Suidas: ἀκιδωτὸν, τὸ ἔχον ἀκίδας.

Digitized by Google

ἄκμα. νηςεία. ἔνδεια.

ἀκμὴν. ἔτι.

ἀκόλαςον. ἀσελγὲς. ὑβριςικόν.

ἀκέσιος. ὁ μὴ θέλων. ἀπροαιρέτως.

ἀκρόδρυα. ἀρχὴ καρπῶν. καρποί.

ἀκροθίνιον. ἀπαρχὴ καρπῶν. ἢ σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί.

ἀκροτόμῳ. ὀξυτάτῳ λίθῳ. ἢ ὑψηλῷ. καὶ σκληρῷ τέμνοντι.

ἀκύ-

ἄκμα] Sic 2 Macc. 1, 7. ubi iungitur voci θλίψις. In Phavor. idem.

ἀκμὴν] Ita vox commode verti poteſt Matth. 15, 16. An vos *adhuc* ſtupidi eſtis? vid. Suid.

ἀκόλαςον] Gloſſa facta ex membris parallelis loci Prov. 20, 1. ubi eſt: ἀκόλαςον οἶνος καὶ ὑβριςικὸν μέθη.

ἀκέσιος] Ad ultimum gloſſema ſupplendum ἀκεσίως, ut volunt Alb. et Kuſterus. Sic Levit. 4, 7. ἐὰν ἁμάρτῃ ἀκεσίως, ubi Aquila ἐν ἀγνοίᾳ et ſaepe alibi. Sed in Phavor. eſt ἀπροαίρετος, quae fortaſſe vera lectio eſt. Nam paullo ante in Heſychio ſimilis eſt gloſſa haec: ἀκέσιος. ὁ μὴ θέλων. καὶ ἀκεσίως, παρὰ προαίρεσιν.

ἀκρόδρυα] *cuiusvis arboris fructus.* Sic Cantic. 7, 13. πάντα ἀκρόδρυα νέα, cuiusvis generis primi et recentes fructus. Ita et Cyrill. MSS. ἀκρόδρυα explic. παντὸς φυτῦ καρπὸν ἐδώδιμον. Suid. ἀκρόδρυα. δενδρικοὶ καρποί. πάντες οἱ τῶν δένδρων καρποί.

ἀκροθίνιον] Sic ἀκροθίνια Hebr. 7, 4. nec aliter Phavorin. quamvis Oecumenius ad σκῦλα et λάφυρα refert. v. Suiceri Theſ.

ἀκροτόμῳ] Alberto, Kuſtero et Bielio videtur Heſychius reſpexiſſe locum Iobi 28, 9. ἐν ἀκροτόμῳ ἐξέτεινε χεῖρα αὐτῦ, quae Schultenſius vertit: *in glaberrimum ſilicem immittit manum ſuam.* Alibi additur λίθος ut 3 Reg. 6, 7. ſ. πέτρα Deut. 8, 15. Caeterum non erat, quod viri quidam

ἀκυρῶσαι. ψευδοποιῆσαι. καταργῆσαι.

ἀλάβαστρον. μυροθήκη. λίθος ψήφινος.

ἀλαλάξατε. ἀνυψώσατε τὴν φωνήν.

ἀλγηρά. λυπηρά.

ἀλεῖται. πηδήσει.

ἀληθής. δικαία. ἢ δίκαιος.

ἀλί-

quidam docti ſollicitarent ultima gloſſae verba: σκληρῷ τέμνοντι, cum ſenſus planus ſit: *lapidi, qui ob duritiem lapicidae negotium faceſſit.* Hinc Th. Reineſius in nota marg. volebat ſcribi τῷ τέμνοντι, ſine dubio ut ſenſus planior fieret. Illud τῷ additum etiam eſt in Phavor.

ἀκυρῶσαι] Transferri gloſſa poteſt ad varia loca N. T. ut Matth. 15, 16. Marc. 7, 13. Gal. 3, 17.

ἀλάβαστρον] Huc pertinent 2 Reg. 21, 13. Matth. 26, 7. Marc. 24, 3. Suid. expl. μυροθήκη λιθινός. In Lex. Cyrill. MS. Brem. exponitur λίθος ψήφινος ἢ μυροθήκη. παρὰ τῷ μὴ ἔχειν λαβήν, ut docet Bielius apud Albertum. vid. Mathaei Lectt. Moſq. Vol. I. p. 10. ubi Euthym. Zygab. Caten. ad Matth. 26. ἀλάβαστρον δέ ἐστιν εἶδος ἀγγείου μυροδόχου. Plura habet Suicerus in Theſ. cf. Caſaub. Exercit. Antibar. XIV, 16. Salmaſius de Hellen. p. 48. 53. Perizon. ad Aelian. XII, 18.

ἀλαλάξατε] Sopingius adfert locum Pſalmi 80, 1. ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ. uti paſſim alibi in Pſalmis. Deinde ἀνυψοῦν τὴν φωνὴν etiam ex mente hebraeorum, pro quo οἱ ὁ ſaepe ὑψοῦν τὴν φωνὴν i. e. βοᾶν. cf. Geneſ. 39, 15. 4 Reg. 19, 22. etc.

ἀλγηρά] Ierem. 10, 18. 30, 12.

ἀλεῖται] Eſ. 35, 6. ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός, quae ipſa verba adſcripſit Phavorin. Hunc locum et Reineſius ad marg. Heſ. notavit.

ἀληθής] Sic Ioan. 8, 16. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν. ex hebr. צדיק quod οἱ ὁ ſaepe vertunt ἀληθής Eſ. 41, 26. et ἀλήθεια pro δικαιοσύνη. 1 Cor. 13, 6. coll. Ioan. 3, 21. et Act. 10, 35. Sic Bielius ap. Albertum. Reineſius ad marg.

Digitized by Google

ἀλίσμοις καὶ ἀλίμοις. ξηροῖς τόποις.

ἀλισγηθῇ. συνεςιαθῇ.

ἀλισγημάτων. τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσίων.

ἀλληγορούμενον. τροπολογούμενον. φυσιολογούμενον.

ἀλληλούϊα. αἶνος τῷ ὄντι Θεῷ. αἰνεῖτε τὸν Κύριον.

ἀλλότριος. πολέμιος. ξένος.

ἀλλο-

marg. haec poſuerat: ἀλήθεια et δικαιοσύνη eadem Hebraeis אמת τοῖς ὁ δικαιοσύνη. Daniel 8, 12. v. Heinſii Exercitt. ſ. p. 218.

ἀλίσμοις] Ad Ierem. 17, 6. reſpexiſſe Heſ. coniicit Biellius. cf. Theodoretus qui eodem modo intellexit. Ebr. חררים *ſiccitates*.

ἀλισγηθῇ] Sic legendum pro vulg. ἀλισγήθη. συνεςιάθη, non immerito cenſuit Heinſius. Nam reſpicitur Daniel. 1, 8. vid. Scharfenberg. Spec. Animadv. in Dan. p. 7.

ἀλισγημάτων] Ad locum Actor. 15, 20. reſpici in promtu eſt. Ibi eſt: ἀπέχεσθαι τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων. Gloſſar. Alb. explicat: τῶν μεταλήψεων τῶν μιαροφαγίας. Suidas. ἀλ. τῶν μιασμάτων ἐκ μυσαρᾶς τῶν εἰδώλων θυσίας. vid. Heinſii Exercitationes ſ. ad h. l. p. 300.

ἀλληγορούμενον] Gal. 4, 24. Chryſ. et Theodor. ad h. l. explicat ἑτέρως νοούμενα. v. Alb. Gloſſ. N. T. p. 150.

ἀλληλούϊα] ex hebr. הללו יה de cuius vi et ſenſu prolixe Alberti ad h. l. Heſych. Graece ſic ſcribitur in libro Tobiae 13, 18. Ambo gloſſemata ſunt ex Euſebii Comment. in Pſalm. 104, 1. 2. Plura habet Suicerus in Theſ. cf. Auctar. Theodoreti a Garner. ed. Tom. V. Opp. p. 75. et Cyrill. Hier. Hiſt. Eccl. p. 330. ed. Milleſ.

ἀλλότριος] Prior explicatio πολέμιος, ſaepe locum habet apud τοὺς ὁ qui זרים verterunt ἀλλοτρίους, quaſi זרים *peregrinos* legerint. vid. Pſalm. 18, 13. ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου. Sic et Hebr. 11, 34. verba illa: παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων commode vertuntur: exercitus *hoſtium* fugarunt. Videtur enim in plerisque linguis

ea

ἀλλομένȣ. ἀεὶ ῥέοντος.
ἀλυκή. ἐὰν μὲν τὸ α δασύνηται, ἡ θάλασσα.
ἀλώσεται. ληφθήσεται. πολεμηθήσεται.
ἅλωσιν. φθόνον. πόρθησιν.
ἀμαλθείας κέρας. τὸ πάντων ἐπιτυγχάνειν.

ἀμα-

ea ratio fuiſſe, ut *peregrini* et *hoſtes* eodem verbo ſignificarentur. Et Cicero Offic. Lib. I, 12. tradit verbum *hoſtis* initio *peregrinum* denotaſſe. Unde alio loco Heſych. ξένοι. πολέμιοι. vid. Scaligerum ad Feſtum in *Hoſtis*. Sed haec obiter dicta ſunto. Nam partim ex Heſ. partim ex Phavorino patet, gloſſatores non tam ſcriptorem ſacrum quam Homerum ſpectaſſe, et quidem illud ἀλλότριος φώς.

ἀλλομένȣ] Reſpicit ſine dubio locum Ioh. 4, 14. πηγὴ ὕδατος ἀλλομένȣ εἰς ζωὴν αἰώνιον, quam totam phraſin explicare videtur gloſſator.

ἀλυκὴ] Vox eſt LXX interpretum. Ioſ. 15, 5. ἀλυκὴ θάλασσα. Geneſ. 14, 3. πάντες ȣ̓̃τοι συνεφώνησαν ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἀλυκὴν. αὕτη ἡ θάλασσα τῶν ἁλῶν. Deut. 3, 17. θαλάσσης ἀλυκῆς.

ἀλώσεται] Zachar. 14, 2. Eſ. 27, 3.

ἅλωσιν] Albertus adfert locum 2 Petr. 2, 12. ἄλογα ζῶα, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν, et coniicit pro φθόνον ſcripſiſſe Heſychium φθορὰν, vel ſaltem eo reſpexiſſe. Kuſterus vult φθόρον legi. Si quid corrigendum ſit, malim φόνον, vel φθορὰν, cum et alibi voces ſynonymicae in gloſſa poni ſoleant, ex eo loco, qui reſpicitur.

ἀμαλθείας] Illud occurrit apud τȣ̀ς ὁ Iob. 42, 14. ubi hebr. קרן הפוך in quo vertendo interpretes reſpexerunt ad fabulam ſuae aetatis de cornu Amaltheae formoſiſſimae cuiusdam feminae, in quo eius reconditae eſſent opes, unde *comparari omnia poſſent*, ſeu quod tale eſſet, ut illud habenti omnia bona ſponte contingerent. vid. Palaephati Incredib. 46. Hinc cornu Amaltheae pro cornu copiae dictum, et pro ſymbolo felicitatis uſurpatum eſt. Ergo οἱ ὁ ſenſum expreſſerunt, non voces hebraicas verterunt.

cf.

Digitized by Google

ἀμαράντινον. ἄσηπτον.

ἀμαυροῖ. ἀναιρεῖ. μαραίνει.

ἀμηδήτοις. σκυθρωποῖς.

ἀμέθυσος. λίθος.

ἄμοιρος. ἐκτὸς. ἄνευ.

ἀμφίασιν. σκέπην.

ἀμφιβολεῖς. ἁλιεῖς.

ἀμπλάκημα. ἁμάρτημα.

ἀμφι-

cf. Frid. Spanhem. Hiſt. Iobi Cap. 15. in Tom. II. Opp. p. 133. Olympiodorus ad h. l. prolixe narrat hiſtoriam illam et nominis rationem addit hanc: ὡς ἅπασι λοιπὸν πανταχόθεν τοῖς ἀγαθοῖς περιῤῥεόμενος. ὅτω τῆς Ἀμαλθείας τὸ κέρας εἰς παράςασιν εὐδαιμονίας παρείληπται. Caeterum in Phavor. legitur διὰ τὸ πάντων ἐπιτ.

ἀμαράντινον] 1 Petr. 5, 4. cf. 1, 4.

ἀμαυροῖ] Sapient. 4, 12.

ἀμηδήτοις] Sapient. 17, 4.

ἀμέθυσος] Sopingius legendum cenſebat ἀμέθυςος. Sed ſalva lectio eſſe poteſt, quam et Ioſephus ſequitur Lib. III, 6. in deſcriptione veſtis ſacerdot. quamvis οἱ ό Exod. 28, 19. ἀμέθυςος legunt.

ἄμοιρος] Reſpici ad Sapient. 2, 9. Bielius exiſtimat, ubi haec: μηδεὶς ἄμοιρος ἔςω τῆς ἡμετέρας ἀγερωχίας.

ἀμφίασιν] Iob. 22, 6. et 38, 9. Olympiodor. ἱμάτιον, ἐσθῆτα et in altero loco ἐθέμην ἀμφίασιν explicat περιεσκέπασα. Hinc ἀμφίασις erit σκέπη. Et Iob. 24, 7. explicat περιβόλαιον τὸ σκέπον.

ἀμφιβολεῖς] Hoc uno verbo οἱ ό reddunt hebraicam circumlocutionem *piſcatoris* Eſai. 19, 8. ubi vid. Procop.

ἀμπλάκημα] Ex verſ. τῶν ό Dan. 6, 4. πᾶν παράπτωμα, καὶ πᾶν ἀμπλάκημα, ed. Rom. Boſii. Sic et Theodotionem vertiſſe Hieronymus tradit ad h. l. quamvis in verſ. iuxta Theodotionem Romae edita non exſtat verbum ἀμπλ.

Digitized by Google

ἀμφιτάποις. ταπητίοις ἀμφιμάλλοις.

ἀμώμητος. ἄμωμος. ἄψογος. ἀγαθὸς ἢ σώματι, ἢ ψυχῇ.

ἀμμὼν, υἱοὶ. μεθ' ἡμῶν λαός.

ἀμώς. προφήτου γένος. Ἀμὼς ἑρμηνεύεται στερέωσις, ἢ ἰσχύς.

ἀναβιβάζων. ἀναφέρων.

ἀναζεύξας. ὑποστρέψας.

ἀναζωπυρεῖν. ἀνεγεῖραι.

ἀνά-

ἀμφιτάποις] Sine dubio reſpicitur ad Proverb. 7, 16. ibi Gloſſae MSS. explicant: μαλλωτοῖς τάπησιν, *tapetis utrinque laneis.* Plura collegit Bielius in Theſ. Philol.

ἀμώμητος] Vox occurrit Phil. 2, 15. 2 Petr. 3, 14.

ἀμμὼν] Hauſta gloſſa ſine dubio ex Baſil. M. ad Eſai. XI. pag. 1063. ſive e Procopio ad Eſ. XII. p. 190. Ille habet: ἀμμὼν ἑρμηνεύεται, λαὸς μεθ' ἡμῶν. Hieronymus in Cap. 3. Nahumi: Ammon interpretatur vel filius generis mei, vel populus noſter. Hinc non dixerim cum Semlero in Notit. Lex. Heſych. p. 66. duplicem eſſe interpretationem, λαὸς μεθ' ἡμῶν. Theodoret. ad Daniel. XI, 41. ὁ ἀμμὰν τὸν υἱὸν τοῦ γένους σημαίνει. Alberti olim coniecerat, Heſych. ante oculos habuiſſe locum Geneſ. 19, 38. ubi Loti filia natu minor filium ſuum vocavit Ben-Ammi, cuius poſteri ibidem dicuntur Bene-Ammon, υἱοὶ Ἀμμών.

ἀμώς] ab אמץ *fortis, robuſtus* fuit. cf. Valkenar. Gloſſ. ſacr. ex Heſych. p. 2.

ἀναβιβάζων] Ex Exod. 3, 17. ſ. 4, 20. 8, 6. 17, 3.

ἀναζεύξας] Sic eſt Exod. 14, 15. Iudith. 16, 14. Ipſum verbum legitur 1 Macc. 11, 12. et 12, 32.

ἀναζωπυρεῖν] vid. 2 Tim. 1, 6. Eſt etiam 1 Macc. 13, 7. et ſimplex ζωπυρεῖν 2 Reg. 8, 1. 5. Heſych. ἀναζωπυρῆσαι. ἀνανεῶσαι. ἀνεγεῖραι. ζωῶσαι, ſeu uti Mangeo videtur ad Philon. de Somn. p. 643. ἀναζωῶσαι.

Digitized by Google

ἀνάθεμα. ἐπάρατος. ἀκοινώνητος.
ἀναιδής. σκληρός.
ἀναιρεῖν. κρύπτειν. τὸ τεχθὲν ἀνατρέφειν.
ἀνακεφαλαιοῦται. συμπληροῦται. ἐπαναλαμβάνει.
ἀνάλημμα. ὕψωμα.
ἀναλογίαν. κατὰ μέτρον.
ἀνάνευσις. ἀναβίωσις. ἀνάπαυσις.

ἀνά-

ἀνάθεμα] Sine dubio reſpexit ſive Rom. 9, 3. ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, in quo loco adiective ponitur, ſive potius 1 Cor. 16, 22. Veteres Patres explicant: ἀλλότριος. κεχωρισμένος. quorum loca vid. in Suiceri Theſ. it. Theodoret. ad Eſ. 13. ἀνάθεμα καλοῦμεν τοὺς διά τινα παρανομίαν τῆς ἐκκλησίας ἐκβαλλομένους.

ἀναιδής] Verſ. Theod. Daniel. I, 15. ἐξῆλθεν ἡ γνώμη ἡ ἀναιδὴς αὕτη. Unde Vulg. *crudelis ſententia.*

ἀναιρεῖν] Tam bene convenit gloſſa Actor. 7, 21. ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραώ, καὶ ἀνεθρέψατο αὐτόν, ut videatur gloſſator eum locum reſpicere, vel ſaltem in mente habuiſſe.

ἀνακεφαλαιοῦται] Vox ipſa eſt Rom. 13, 9. cui ultima etiam explicatio magis conveniret, ſi legeretur ἐπαναλαμβάνεται *comprehenditur.* Ioh. Damaſc. ad h. l. οὐκ εἶπεν ἁπλῶς πληροῦται, ἀλλὰ ἀνακεφαλαιοῦται. vid. Suiceri Theſ. ad h. v. et Alb. Gloſſar. in N. T. p. 110.

ἀνάλημμα] 2 Paral. 32, 5. Sir. 50, 2. Suidas add. στήριγμα.

ἀναλογίαν] Rom. 12, 6. 7. κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ad quem locum Theodoret. τῇ ἑκάστου πίστει μετρεῖ τὴν χάριν. Et mox in verſ. 3. eiusd. epiſtolae idem dicitur κατὰ μέτρον τῆς πίστεως, ex qua permutatione ortum eſt gloſſema.

ἀνάνευσις] Videtur Heſychius in mente habuiſſe locum Pſalmi 72, 4. vid. Theodoret. qui expl. ἀπαγόρευσιν. et Valkenar. l. c. p. 3.

Digitized by Google

ἀνάπαλιν. ἐκ τȣ̃ ἐναντίȣ πάλιν.

ἀνάπηρος. πηρὸς. τυφλὸς. νοσώδης.

ἀναπεποιημένην. ἀναζυμωθεῖσαν, ἀναπεφυραμένην.

ἀνασείοις. ἀναπείθοις.

ἀνάστημα. ὕψωμα.

ἀναστροφῆς. ζωῆς.

ἀνατέταλκεν. ἀνέτειλεν.

ἀνα-

ἀνάπαλιν] Ex Sapient. 19, 20. ubi et Gloſſ. MSt. ἐκ τȣ̃ ἐναντίȣ.

ἀνάπηρος] Ultima explicatio bene convenit loco Lucae Evang. 14, 13. ubi ἀνάπηροι et τυφλοὶ diſtinguuntur. Ergo illud notat: *mutilum*, vel alio vitio corporis aegrotum.

ἀναπεποιημένην] Illa vox eſt Num. 8, 9. 28, 5. aliisque formis alibi. cf. Eſ. 30, 24. Orta tamen explicatio eſt ex interpretibus graec. Orig. Hex. ad Num. 15, 6. LXX. ἀναπεποιημένης. Ἄλλος. ἀναπεφυραμένης. In hebr. eſt בְּלוּלָה, quam eandem vocem interpres Levitici reddidit: ἀναπεφυραμένην. Cap. 9, 4.

ἀνασείοις] Pricaeus putat ad Luc. 13, 5. reſpici, adeoque legendum eſſe ἀνασείει, ἀναπείθει, praeſertim cum Kuſterus verbum ἀνερεθίζει ex ſequenti linea apud Heſ. ad hanc vocem pertinere cenſeat.

ἀνάστημα] Sopingius adfert Geneſ. 7, 4. ſed Alberti mavult reſpici ad Sophon. 2, 14. vel Zach. 9, 8. Sic et explicant Gloſſae MSt. in Proverb. et Theodoretus: ὑψηλὸν φρόνημα.

ἀναστροφῆς] Hebr. 13, 7. coll. Gal. 1, 13. it. 2 Macc. 5, 8. Tob. 4, 14. vid. Suiceri Theſ.

ἀνατέταλκεν] Hebr. 7, 14. Etiam vox ἀνατέλλειν adhibita ex more τῶν ό, pro *naſci*. Unde Chriſtus dicitur ἀνατολὴ ἐξ ὕψȣς.

Digitized by Google

ἀνατάξαϑαι. εὐτρεπίσαϑαι.

ἀναφαλαντώματι. φαλακρώματι.

ἀνὰ χεῖρα. ἐγγὺς τῆς χειρὸς.

ἀνάχυσιν. φυρμὸν.

ἀνάψυξις. ἀνάπαυσις.

ἀναψυχὴν. παραμυϑίαν.

ἀναψύχοντα. ἀναπνέοντα.

ἀνδρείων. γενναίων.

ἀνδρόγυνος. ἀϑενὴς, ἤγȣν ὁ ἀνίσχυρος.

ἀνεγ-

ἀνατάξαϑαι] Forte reſpexit ad Luc. 1, 1. ἀνατάξαϑαι διήγησιν, orationem diſponere, i. e. *ordine perſcribere aliquid.*

ἀναφαλαντώματι] Levit. 13, 42, 43. utrumque legitur, ſed illud ſimplex φαλαντώματι. Kuſterus tamen citans haec verba Levitici habet ἀναφαλαντ. ex Alex.

ἀνὰ χεῖρα] Hebr. על יד. Sic 2 Sam. 15, 2.

ἀνάχυσιν] Sine dubio reſpexit ad 1 Petr. 4, 4. cui loco apta eſt explicatio. Ibi eſt: συντρέχειν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, *ruere in eandem ſcelerum ſentinam.* vid. Boſ. Obſſ. in N. T. et Wettſten. ad h. l. In Catena Oecumenii ed. Veronae 1532 reperitur ἀνάχυσιν eſſe σύγχυσιν i. e. *colluviem.* Ergo nec recte nec eleganter illud a quibusdam redditur: *mollities intemperiei.*

ἀνάψυξις] Vox occurrit Act. 3, 19. ſed in promtu eſt, non poſſe ex illa explicatione de vero illius loci ſenſu iudicari. cf. Exod. 8, 15. qui locus plane convenit. Bernardus adfert Exod. 23, 12. ubi eſt ἀναψύξαι. vid. in voc. ἄνεσις.

ἀναψυχὴν] vid. Hoſ. 12, 8. Pſ. 65, 11.

ἀναψύχοντα] 2 Macc. 13, 11.

ἀνδρείων] Prov. 10, 4. 13, 4.

ἀνδρόγυνος] Sic Prov. 18, 8. ubi permutatur cum ὀκνηρὸς.

Digitized by Google

ἀνεγκλήτȣς. ἀνευθύνȣς.

ἀνεθέμην. ὡμολόγησα.

ἀνειμένον. ἀπολελυμένον, ἐκλελυμένον.

ἀνένδεκτον. ἀπαράδεκτον.

ἀνεξέλεγκτος. ἀβασάνιςος.

ἀνεξίκακος. ὑποφέρων κακά.

ἀνεξιχνίαςος. ἀκατάληπτος.

ἀνεπίληπτον. ἄμεμπτον. ἀκατάγνωςον.

ἀνεγκλήτȣς] Ex 1 Cor. 1, 8. Infra vero ἀνεύθυνον explicatur ἀζήμιον, ἀνέγκλητον. Et Theodoretus: τὸ δὲ εἰπεῖν ἀνεγκλήτȣς ἔδειξε τέως ὄντας ἐγκλήμασιν ὑπευθύνȣς.

ἀνεθέμην] Ex Gal. 2, 2. ſi ὁμολογεῖν eſt *docere, praedicare.* Veteres tamen acceperunt pro *deliberare, conſilia communicare,* ut Oecumenius, qui expl. ἐκοινωσάμην, συνεβȣλευσα. Sed res videtur eodem redire.

ἀνειμένον] Albertus adfert locum Geneſ. 49, 21. ςέλεχος ἀνειμένον hebr. אילה שלחה Dath. *therebinthus patula,* cuius rami ſcilicet non ſunt adſtricti, ſed *ſoluti*, et patuli. Ego vero putem potius reſpici ad Eſ. 27, 10. ubi eſt ποίμνιον ἀνειμένον *grex dimiſſus, derelictus.*

ἀνένδεκτον] Luc. 17, 1. Ad perſpicuitatem vero planius erit contuliſſe locum parallel. Matth. 18. 7. ubi eſt: ἀνάγκη ἐςὶν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. Theophyl. ἀδύνατον.

ἀνεξέλεγκτος] i. e. *imperſcrutabilis.* Nam et βασάνοι ſunt *torturae* ſ. *quaeſtiones,* quibus aliquid ignotum exploratur. Albertus putat reſpici Proverb. 25, 3. καρδία βασιλέως ἀνεξέλεγκτος.

ἀνεξίκακος] Illo ſenſu eſt 2 Tim. 2, 24.

ἀνεξιχνίαςος] vid. Eph. 3, 8. πλȣ̃τος ἀνεξ. quod Rom. 11, 33. permutatur cum ἀνεξερεύνητος. Eodem ſenſu Sapient. 9, 16. Sirac. 1, 3. 18, 4. 24, 8. Orat. Manaſſ. vſ. 6.

ἀνεπίληπτον] 1 Tim. 3, 2. et 6, 14. ubi iungitur voci ἄσπιλος. cf. 1 Tim. 5, 7. De ipſa voce vid. Krebſii Obſervatt. Flavian. p. 351. et Suiceri Theſ.

Digitized by Google

ἄνες. ἄφες, ἀπόλυσον.

ἄνεσις. ἀνάπαυσις.

ἀνεστάλη. ἐσείσθη. μετεκινήθη.

ἀνέτειλεν. ἀνεβλάστησεν.

ἀνευθέτου. ἀχρήστου.

ἀνέφικτον. ἀκατάληπτον, ἀδύνατον.

ἀνέψυξεν. ἀνέπαυσεν.

ἀνήσω. ἀφήσω.

ἀνθέμιον. τὸ ἐκλεκτὸν χρυσίον.

ἀνθέξεται. ἀντιλήψεται.

ἀνθρά-

ἄνες] Ex Sirac. 33, 30. ad quem locum idem Gloſſae MSt. cf. gloſſ. ſacr. in Pſalm.

ἄνεσις] Exod. 8, 15. Symm. ἄνεσις. LXX ἀνάψυξις. Aq. ἀνάπνευσις. Vulg. *requies*. cf. 2 Cor. 2, 12. 7, 5. 8, 13. ubi opponitur τῇ θλίψει 2 Theſſ. 1, 7.

ἀνεστάλη] Reſpicit ſine dubio ad Nahum. 1, 5. ἀνεστάλη ἡ γῆ. ubi Aq. ἔφριξεν. Symm. ἐκινήθη. vid. Boſ. Prolegom. ad LXX. Sic et Gloſſ. MSt. in 12 Prophet. Praeceſſerat etiam vox σείεσθαι. cf. Theodoret. ad h. l.

ἀνέτειλεν] Ex Ezech. 17, 6. Eodem modo ἐξανέτειλεν Matth. 13, 5. *progerminavit.*

ἀνευθέτου] Ex Act. 27, 12. ubi ſic Gloſſae Alberti in N. T. p. 85.

ἀνέφικτον] 3 Macc. 2, 15.

ἀνέψυξεν] Kuſterus putabat ad 2 Tim. 1, 16. Gloſſatorem reſpexiſſe. Sed melius ibi Theodoret. explicat: θεραπείαν προσήνεγκε.

ἀνήσω] Eſ. 2, 9.

ἀνθέμιον] Sic LXX Eccleſ. 12, 6. vertunt Ebr. גלת הזהב ἀνθέμιον τοῦ χρυσίου, quem locum reſpicit gloſſa.

ἀνθέξεται] Ex Matth. 6, 24. Quamvis Suidas ad h. v. adfert verba ex Deuter. 32, 41. ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου.

ἀνθράκιον. λίθος τίμιος ὁ ἐν δακτυλίῳ.
ἀνόκεον. ὑπερῷον. γράφεται καὶ ἀνώγεον.
ἄνομον. παράνομον. πρὸ τȣ̃ νόμȣ.
ἀνοχῇ. μακροθυμίᾳ. παρὰ τὸ ἀνέχειν, καὶ ἀνέχεσθαι. ἢ χάριτι.

B 3 ἀντάλ-

μȣ. Occurrit et ipſa vox Proverb. 4, 6. ubi Aq. Symm. et Theod. φυλάξει, cui loco bene convenit explicatio Heſych. Notat enim ibi: *opem tibi feret, proderit tibi*, cui notioni exprimendae et ſequentia verba ſerviunt. Ex Iobi 33, 24. vocem ſumtam coniecit Bielius. Ibi Olympiodorus etiam expl. ἀντιλαμβάνεται. cf. Sirac. 1, 22. ubi Gloſſae idem.

ἀνθράκιον] Apud LXX dicitur ἄνθραξ. Ezech. 10, 9. ubi Aqu. χρυσολίθος. Ezech. 28, 13. Sirac. 32, 6. σφραγὶς ἄνθρακος. Tob. 13, 17. Geneſ. 2, 12.

ἀνόκεον] ἀνώγαιον ſcribitur Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. in Actis ὑπερῷον, eratque uterque locus in ſuperiore parte domus variis conventibus ſacris et non ſacris deſtinatus, ubi et coenabatur, ut ex iſtis locis liquet.

ἄνομον] Prior explicatio transferri poteſt ad illa loca: Marc. 15, 28. Act. 2, 23. 2 Petri 2, 8. 1 Tim. 1, 9. in quibus innuuntur *παράνομοι legum violatores* ſ. *impii homines*. In loco ad Timoth. opponuntur τῷ δικαίῳ. Poſterior ad Rom. 2, 12. ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, *qui peccarunt prius quam lex ipſis erat*, πρὸ τȣ̃ νόμȣ, in qua explicatione gloſſator cogitavit de illo ἀνόμως, ſed non diſerte poſuit, uti et alias ſolet. Chryſoſtomus: χωρὶς τῆς ἐκ νόμȣ κατακρίσεως. Plura habet Suicerus in Theſ.

ἀνοχῇ] Reſpicitur ad Rom. 3, 26. cui loco et ipſa explicatio bene convenit, cum praecedat verſ. 24. δικαιȣ́μενοι δωρεὰν τῇ αὐτȣ̃ χάριτι, et ad illa ἐν τῇ ἀνοχῇ τȣ̃ Θεȣ̃ ſine dubio ſupplendum eſt δικαιȣ́μενοι. Ergo variationis cauſa Apoſtolus, quam antea χάριν dixerat, nunc ἀνοχὴν dixit. Theodoret. ad h. l. τὴν ἀγαθότητα ἔδειξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ πλεῖσον μακροθυμήσας τοῖς παρανομȣ̃σι.

Digitized by Google

ἀντάλλαγμα. ἀνθόμοιον.

ἀντάμειψιν. ἀνταπόδοσιν.

ἀνταναιρεθῇ. ἀφανισθῇ.

ἀνταναίρεται. ἀφαιρεῖται.

ἀντανακλωμένη. κατ' ἀνάκλησιν διά τινος μεταγομένη. γίνεται δὲ τοῦτο ἐπὶ φωνῆς, ἣν καλοῦσιν ἠχώ. —

ἀντέπιπτεν. ἐναντιοῦτο.

ἀντί-

ἀντάλλαγμα] Plura ſunt loca, ad quae pertinere poteſt gloſſa. Ita Iobi 28, 15. οὐ σταθήσεται ἀργύριον ἀντάλλαγμα αὐτῆς, in quo loco adiective vox uſurpatur. Hinc Olympiodor. ad h. l. οὐδὲν ἴσον, οὐδὲν ἀντάξιον τῆς σοφίας λέγει. Et Chryſoſtomus cum ad 1 Cor. 1, 12. Homil. IV. laudat Matth. 16, 26. ait: τῆς ψυχῆς οὐδὲν ἀντάξιον, pro quo ibi eſt ἀντάλλαγμα. cf. Marc. 8, 37. Sed locus Pſalm. 88, 51. quem quidam laudarunt, non poteſt huc pertinere, ſi quidem putemus Heſychium locum intellexiſſe. In hebr. eſt עקבות משיחך *veſtigia uncti* tui, i. e. ea quae ſuſcipit et agit rex, conatus regis. Ergo οἱ ὁ dum vertebant ἀντάλλαγμα, vel ipſi non intellexerunt locum, vel aliter hebraica legerunt. Suidas, qui hunc locum reſpexit, Theodoretum ſecutus, ut ſuſpicatur Bielius, verba ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ expl. τοὺς κατὰ σάρκα προγόνους τοῦ Χριστοῦ. Quae plane aliena ſunt ab hoc loco.

ἀντάμειψιν] Ex Pſalm. 118, 11. ut patet ex Gloſſ. in Pſalmos, quas vide.

ἀνταναιρεθῇ] Ex Pſalm. 72, 7. Sic et Gloſſas MSt. in Pſalm. habere Albertus notat, ſed ea gloſſa non erat in meo MSto.

ἀνταναίρεται] Heinſ. Pergerus et Alberti malunt ἀνταναιρεῖται, accommodate ad Pſalm. 10, 5.

ἀντανακλωμένη] vid. Sap. Salom. 17, 19. ἡ ἀντανακλ. ἐκ κοιλοτάτων ὀρέων ἠχὼ etc.

ἀντέπιπτεν] Hoc ſenſu eſt in Act. 7, 51. et apud τοὺς ὁ Numer. 27, 17.

Digitized by Google

ἀντίθεσις. ἀντιλογία.

ἀντίκειται. ἐναντίος κεῖται.

ἀντιλαμβάνεται. βοηθεῖ.

ἀντιςρατευόμενον. ἀνθιςάμενον.

ἀντιτάσσεται. ἀντίκειται.

ἀντρώδη. σπηλαιώδη.

ἀνυπόκριτος. ἄδολος. ἀπροσωπόληπτος.

ἀντίθεσις] 1 Tim. 6, 20.

ἀντίκειται] Pricaeus reſpici putat ad 1 Tim. 1, 10. atque adeo ἐναντίον legendum.

ἀντιλαμβάνεται] Sic ſaepe in libris ſacris, ad quos reſpicitur hac gloſſa. Daniel. 6, 27. ἀντιλαμβάνεται καὶ ῥύεται. Luc. 1, 54. Act. 20, 35. Et Eſaiae 63, 5. ſunt haec membra parallela: οὐκ ἦν βοηθὸς, καὶ οὐδεὶς ἀντελαμβάνετο. Nam proprie illud eſt: *manus labenti porrigere, collabentem adprehendere*. cf. Ezech. 16, 49. χεῖρα πτωχοῦ οὐκ ἀντελαμβάνοντο, *non tulerunt opem pauperibus.* Hinc et Heſych. ἀντιλήπτωρ. ἀντιλαμβανόμενος, ὑπερασπιςής, βοηθὸς, quibus ſine dubio reſpexit ad Pſalm. 3, 4. σὺ δὲ Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ. uti bene οἱ ὁ explicarunt tropicam dictionem מגן בעדי *clypeus meus.* Hunc locum Pſalmi et Reineſius adſcripſerat margini. Sic et Sirac. 13, 22. 2 Sam. 22, 3. ubi illud מגן οἱ ὁ vertunt ὑπερασπιςής, et mox משגבי ἀντιλήπτωρ μου. Unde videri poſſit Gloſſator ad hunc potius locum reſpexiſſe. Pſ. 91, 2. ita exprimunt hebr. מחסי quod alias καταφυγὴν vertunt.

ἀντιςρατευόμενον] Rom. 7, 23.

ἀντιτάσσεται] Iac. 4, 6. 5, 6. Actor. 18, 6. Rom. 13, 2.

ἀντρώδη] 2 Macc. 2, 5.

ἀνυπόκριτος] Rom. 12, 9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος. cf. 2 Cor. 6, 6. Eodem ſenſu 1 Petr. 1, 22. Φιλαδελφία ἀνυπόκριτος. Ultima explicatio convenit loco Sapient. Sal. 5, 18. ubi eſt κρίσις ἀνυπόκριτος.

Digitized by Google

ἄνω φύουσα. ἀναβλαστάνουσα.

ἀπάγεσθαι. εἰς θάνατον ἕλκεσθαι.

ἁπαλὸς. μικρὸς. τρυφερὸς.

ἀπαναίνου. ἀποστρέφου.

ἀπαραίτητον. ἄφευκτον.

ἀπαράβατον. ἄπιστον.

ἀπαρτίαν. μετάβασιν. τέλος. ἀποσκευὴν. ἀπαρτισμόν.

ἀπαρ-

ἄνω φύουσα] Ex Ebr. 12, 15. ubi Gloſſae: αὐξάνουσα ἐπὶ τὸ ἄνω. Ioh. Damaſc. ad h. l. μηδεμίαν βλάστην ἄφες ἀναβῆναι.

ἀπάγεσθαι] Ita ſimpliciter vox uſurpatur Act. 12, 19. cf. Matth. 27, 2. 31. Luc. 23, 26. Ioh. 19, 16.

ἁπαλὸς] Sine dubio gloſſa facta ex Deut. 28, 54. ὁ ἁπαλὸς ὁ ἐν σοὶ καὶ ὁ τρυφερὸς σφόδρα. et verſ. 56. iungitur ἡ ἁπαλὴ καὶ τρυφερὴ, ut et Eſ. 47, 1. Nam ex ſynonymis iunctis ſaepe factae ſunt gloſſae ſacrae.

ἀπαναίνου] Iob. 5, 17. νουθέτημα παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου. Ebr. מאס quod οἱ ο΄ vertunt ἀποστρέφεσθαι. Sic Cap. 6. 23. et 4, 4. ubi adeo eſt: μὴ ἀπαναίνου, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον.

ἀπαραίτητον] Sap. Sal. 16, 4.

ἀπαράβατον] Albertus pro ἄπιστον legi vult ἄσειστον, *inconcuſſum, perpetuum*, et refert ad Hebr. 7, 24. Certe ſi ad h. l. reſpexit interpres, corruptum eſt gloſſema. Oecumen. ad h. l. ἀδιάδοχον, ἀτέλευτον.

ἀπαρτίαν] Pro ἀποσκευῇ ponitur in libro Iudith. 2, 13. 3, 11. cf. Exod. 40, 36. Num. 31, 18. Quod vero τέλος et ἀπαρτισμὸς iunguntur, facit ad locum Lucae 14, 28. ubi ἀπαρτισμὸς pro τέλει ſ. *operis abſolutione* dicitur. Sic et Heſych. ἀπαρτίζει, τελειοῖ. Oecumen. ad Epheſ. 4, 12. καταρτισμὸν explicat ἀπαρτισμὸν, πλήρωσιν.

Digitized by Google

ἀπαρχή· προσφορὰ ἀφαίρεμα.
ἀπαρχὴ Χριστός. πρῶτος Χριστός.
ἀπάρχου. τὰς ἀπαρχὰς πρόσφερε.
ἀπαύγασμα. ἡλίου φέγγος.
ἀπέβη. συνέβη. ἐγένετο.
ἀπέδοτο. ἀπεμπολήσατο.
ἀπέδοτο. ἐκδέδωκεν.
ἀπέδρα. ἀπέφυγεν.

B 5 ἀπα-

ἀπαρχή] Exod. 25, 3. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ, ubi de collatione rerum ad ſtructuram ſanctuarii pertinentium ſermo eſt. Cyrillus ad h. l. in Caten. Niceph. ἀπαρχὴν ὠνόμασεν, ἅπερ προσήνεγκαν. Deinde hebr. תנופה οἱ ό verterunt modo ἀπαρχὴν modo ἀφαίρεμα. vid. Exod. 38. Heſych. ἀφαίρημα explicat infra ἀνάθημα, δῶρον.

ἀπαρχὴ Χριστός] Ex 1 Cor. 15, 23. Sic et verſ. 20. pro πρῶτος. Theodoret. ad illum locum: ἀπαρχὴ Χριστὸς, τοῦτ' ἔστι, πρῶτος ἀνέστη. vid. Alb. Gloſſar. N. T. p. 135.

ἀπάρχου] Proverb. 3, 9. ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ τῶν καρπῶν δικαιοσύνης. v. Suiceri Theſ. in ἀπάρχομαι.

ἀπαύγασμα] Non putem reſpici ad loc. Hebr. 1, 3. quem Sopingius attulit. Nam ibi aliud quid ſignificat. Quamvis et Gloſſar. Alb. in N. T. ad illum locum expl. ἀκτίν. p. 167.

ἀπέβη] Iob. 22, 11. τὸ φῶς σοὶ σκότος ἀπέβη. et 27, 18. Sic Luc. 21, 13. ἀποβήσεται ὑμῖν εἰς μαρτύριον ſcil. αὐτοῖς. *fiet, accidet* id vobis, ut illi habeant documentum, cur puniantur. Huc, vel ad 2 Macc. 9, 25. τέφρα ἀποβήσεται τὸ σῶμα, pertinere videtur alia Heſych. gloſſa: ἀποβήσεται. γίνεται.

ἀπέδοτο] Ex Hebr. 12, 16.

ἀπέδοτο] Iudic. 2, 14. ubi antea dicitur in eadem re παρέδωκεν. Sic et Cap. 3, 8. cf. Bielii Theſ. phil. P. I. p. 176.

ἀπέδρα] Eſ. 35, 10.

ἀπεικάσματα. ὁμοιώματα.

ἀπειλή. ὀργή.

ἀπείπατο. ἠρνήσατο.

ἀπειπάμεθα. ἀπεῤῥιψάμεθα.

ἀπεκάκισεν. ἐπικράνθη.

ἀπελεύθερος. ἐκ δούλου ἐλεύθερος.

ἀπενήνατο. ἀπεῖπεν. ἀπηρνήσατο.

ἀπεράντοις. ἀπείροις.

ἀπερισπάστως. ἀμερίμνως, ἀφροντίστως. ἡσύχως.

ἀπέ-

ἀπεικάσματα] Ex Sap. Sal. 13, 10. Sic Deut. 4, 8. in eadem re dicitur ὁμοίωμα.

ἀπειλή] Proverb. 19, 12. et 20, 2. ubi iungitur τῷ θυμῷ. hebr. זעף et זעם. Habac. 3, 11.

ἀπείπατο] Iob. 6, 14. Olympiod. ἐγκατέλιπέ με.

ἀπειπάμεθα] 2 Cor. 4, 2. *renuntiavimus, abiecimus.*

ἀπεκάκισεν] Kuſterus legit ἀπεκάκησεν, et refert ad locum Ierem. 15, 9.

ἀπελεύθερος] cf. 1 Cor. 7, 22. ubi Theodoretus: ἀπελεύθερον, τὸν ἐκ δούλων γεγεννημένον. Theophylact. ἀπελεύθερος λέγεται ὁ ἀπὸ δουλείας ἐλευθερωθείς. Unde forte hauſit Suidas: ἀπελευθ. ἐλευθερωθείς.

ἀπενήνατο] Legendum ἀπηνήνατο ex Pſalm. 76, 2. cf. quae dicta ſunt ad Gloſſ. in Pſalm. h. v.

ἀπεράντοις] 1 Tim. 1, 4. quem locum et Reineſius margini adſcripſerat. vid. Suiceri Theſ.

ἀπερισπάστως] Schrevelius adfert locum ex 1 Cor. 7, 35. Recte. Nam quidam Veterum, ut et Chryſoſtomus, illud εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ εἶναι ἀπερισπάστως, explicant de ἀπραγμοσύνῃ ſ. *fuga curarum*, et occupationum. Hinc illa gloſſemata. Theodoret. διηνεκῶς. Caeterum mihi videtur auctor Gloſſae excerpſiſſe, vel ante oculos habuiſſe Oecumenium in Comment. ad h. l. qui haec habet: ἔστι δὲ τὸ εὐπρόσεδρον, τὸ εὐχερῶς παραμένον ἢ διηνεκῶς, ἀμετεω-

ἀπέσαξεν. ἔτρωσεν. ἀπέτρωσεν.

ἀπετίννυον. ἀπεδίδουν.

ἀπευθανατίζειν. ἀποθνήσκειν.

ἀπῆκτο. ἀπηνέχθη.

ἀπηλγηκότες. μηκέτι θέλοντες πονεῖν. ἀναίσθητοι γενόμενοι. ἀποκαμόντες.

ἀπηνής. σκληρός. ὠμός. χαλεπός. κακός.

ἀπη-

-ριστως, ἀφροντίστως. Ergo haec adverbia ad ſolam vocem ἀπερισπάστως retulit, qui gloſſam excerpſit.

ἀπέσαξεν] Reſpicit ſine dubio ad Geneſ. 24, 32. καὶ ἀπέσαξε τοὺς καμήλους; ſed non convenire ſatis explicationes quibusdam videbantur. Ergo Pergerus et Abreſchius corrigi voluerunt: ἔστρωσεν, ἀπέστρωσεν, renuente tamen Alberto. Verum Bielius defendit eam correctionem, quoniam in loco Geneſ. pro ἀπέσαξεν incertus interpres habet ἀπέστρωσεν. vid. Montefalc. in Append. Hex. Orig. ad h. l. Caeterum hebr. eſt פתח ſolvere, exuere, cui iterum illud ἀπέστρωσεν non ſatis reſpondet.

ἀπετίννυον] Geneſ. 31, 9. ſed Alberti putat reſpici Pſalm. 69, 4. ἃ οὐχ ἥρπαζον, τότε ἀπετίννυον. ubi Gloſſae MS. idem.

ἀπευθανατίζειν] 2 Macc. 6, 28.

ἀπῆκτο] Ex Geneſ. 40, 3. ἔθετο αὐτοὺς ἐν φυλακῇ εἰς τὸ δεσμωτήριον εἰς τὸν τόπον, οὗ Ἰωσὴφ ἀπῆκτο ἐκεῖ. v. Abreſch. Dilucidd. Thucyd. p. 660.

ἀπηλγηκότες] Ex Epheſ. 4, 19. ubi ante de πωρώσει τῆς καρδίας. cf. Theodoret. ad h. l. qui plane ſimilia habet. Oecumen. ἀπηλγ. ἀναλγήτως ἐσχηκότες καὶ ῥαθυμήσαντες. Theophyl. κατεῤῥαθυμηκότες. In Etymol. gr. MSto quod laudavit Segaar in Epiſt. crit. ad Valkenar. haec eſt gloſſa: ἀπηλγ. ἀποκαμόντες, ἀπελπίσαντες, καὶ ἀμεριμνήσαντες καὶ ἀναισθήτως ἔχοντες.

ἀπηνής] Ex libr. Sap. 17, 19. ubi idem Gloſſae MS.

ἀπῆραν. ὥδευσαν.

ἀπῆρε. μετέστησεν.

ἀπηρείσατο. ἔπηξεν.

ἀπήρξατο. ἀπαρχὰς ἔδωκεν.

ἀπίδω. ἴδω.

ἄπλαστος. ἀληθινός.

ἀπογενόμενοι. ἀποθανόντες.

ἀπόγονος. υἱὸς, ἢ ἔγγονος, ἢ συγγενής.

ἀπο-

ἀπῆραν] Ita ſcribendum pro vulg. *ἀπηῦραν* cenſuerunt viri docti, tum ob literarum ordinem, tum quod ita quoque legitur in Lex. Cyr. Brem. vid. Bielii Theſ. phil. Caeterum gloſſa convenit his locis: Exod. 12, 37. Alex. ed. 16, 1. Num. 20, 22. etc.

ἀπῆρε] Forte reſpexit Pſalm. 77, 26. *ἀπῆρε νότον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐπήγαγεν* etc. quibus plane convenit gloſſema.

ἀπηρείσατο] 3 Esdr. 2, 10. ſive 1, 42. ſive 6, 18. vid. Cl. Scharfenberg. Spec. Animadv. in Daniel. p. 5.

ἀπήρξατο] Ex 2 Paralip. 30, 24. vel 35, 7. ubi permutatur cum ſimplici *ἔδωκεν*. hebr. *obtulerunt, dederunt.*

ἀπίδω] Philipp. 2, 23.

ἄπλαστος] Geneſ. 25, 27. *Ἰακὼβ δὲ ἄνθρωπος ἄπλαστος.* hebr. אש תם. *ὁ ἀληθινὸς* vero eſt *ἁπλοῦς, ἄμωμος*, uti in illo loco habet Cod. Alex. Procop. ad h. l. *ἄπλαστος, τουτέστι μηδὲν ἔχων ἐπίπλαστον, ἢ ἐπείσακτον κακόν.* Baſilius: *τῇ ἐκ φύσεως ἁπλότητι κεχρημένος.* v. Interp. ad Iob. 1. 1.

ἀπογενόμενοι] Ex 2 Petr. 2, 24. *ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογ.* pro quibus eſt Rom. 6, 2. *ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ.* Opponitur etiam ibi *τῇ δικαιοσύνῃ ζῆν.* Et Oecumen. ad h. l. *ἀπογενόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἀποθανόντες*, unde fortaſſe gloſſa excerpta eſt.

ἀπόγρνος] 1 Paral. 20, 6. *ἀπόγονος γιγάντων.* cf. verſ. 4.

Digitized by Google

ἀπογραφή. ἀρίθμησις. ἢ ἡ γινομένη μήνυσις.
ἀπόδεκτον. ἐπαινετόν.
ἀποκαθημένη. αἱμοῤῥοῦσα.
ἀποκάλυψις. πρόγνωσις, προθεωρία.
ἀποκαραδοκία. προσδοκία. ἀπεκδοχή.
ἀποκατάστασις. τελείωσις.

ἀπο-

ἀπογραφὴ] *deſcriptio cenſus* Luc. 2, 1. 2. Act. 5, 37. Aliae ſunt ἀπογραφαὶ 2 Macc. 2, 1. nempe literarum monimenta, vel narrationes hiſtoricae, in quibus de Ieremia traditur; verſ. 4. dicuntur ἡ γραφή. Ergo hic locus a Pergero allatus huc non pertinet. vid. Heinſii Exercitt. ſacr. ad locum Lucae p. 139. et Suiceri Theſ.

ἀπόδεκτον] 1 Tim. 2, 3. καλὸν καὶ ἀπόδεκτον. Hunc locum et Reineſius margini adſcripſerat.

ἀποκαθημένη] Explicat gloſſator vocem a τοῖς ό uſurpatam de mulieribus e fluxu ſanguinis impuris. Sic Levit. 20, 18. dicitur γυνὴ ἀποκαθημένη, et mox mentio fit τῆς πηγῆς, et ῥύσεως τῆς αἵματος αὐτῆς. In Levit. 15, 32. ſic vertunt hebr. טמאה *impuram*, in eadem re. Similiter Eſ. 64, 6. ἀποκαθημένη comparatur τοῖς ἀκαθάρτοις. et Ezech. 22, 10. ἐν ἀκαθαρσίαις ἀποκαθημένη.

ἀποκάλυψις] Alberto videtur reſpici ad titulum Vaticiniorum Iohannis.

ἀποκαραδοκία] Ex Rom. 8, 19. Explicatio veriſſima eſt. Nam eadem eſt quae mox ἐλπίς. cf. Phil. 1, 20. ubi cum ἐλπίδι iungitur uti ſynonymum. Minus accurate veteres interpretes. Oecumen. explicat: ἡ ἐπιτεταμένη καὶ σφοδρὰ προσδοκία, et Ioh. Damaſcen. eodem modo. Heſych. καραδοκεῖ. προσδοκᾷ. Utitur eo verbo inprimis Aquila in verſ. hebr. תוחלת. vid. Pſalm. 38, 7. et 36, 7. uti ex veteribus inprimis Polybius frequenter.

ἀποκατάστασις] Ducere in viam poteſt gloſſa, in qua recte intelligamus vocem illam, quae legitur in Actis 3, 21. ὃν [Ἰησοῦν] δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς etc. i. e. *Chri-*

ſtus

Digitized by Google

ἀποκαταλλάξαι. φίλον ποιῆσαι.

ἀπόκειται. ἡτοίμασται.

ἀπόκλεισμα. φυλακή.

ἀπόκνιζε. ἀπότιλλε.

ἀπόκριμα. κατάκριμα. ψῆφον.

ἀπο-

ſtus regnabit, dum omnia, quae a prophetis praedicta fuerunt, plane perficientur, ſ. *abſolventur in his terris,* ſcil. per praedicationem Evangelii, qua ſiet, ut tandem omnes ad eum convertantur. Nam haec eſt τελείωσις, *perfectio, abſolutio,* de qua et πληροῦσθαι dicunt ſcriptores ſacri. Scholion Cod. Moſq. ad loc. Actor. expl. συμπληρώσεως, ἐκβάσεως. Nec aliter ἀποκαθιστᾶναι Matth. 17, 11. cf. 1 Cor. 15, 25.

ἀποκαταλλάξαι] Ex Coloſſ. 1, 20. et recte explicavit gloſſator pro nexu orationis. Nam verſ. 21. idem dicitur his verbis: ἡμᾶς ὄντας ἐχθροὺς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν. i. e. φίλους ἐποίησεν.

ἀπόκειται] Sine dubio reſpexit 2 Tim. 4, 8. ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Alio modo Ebr. 9, 27. ἀπόκειται ſignif. *ſors, conditio eſt hominum,* ut ſemel moriantur.

ἀπόκλεισμα] Ierem. 29, 26. אל מהפכת etc. ubi οἱ ὁ εἰς τὸ ἀπόκλεισμα καὶ καταῤῥάκτην utrumque pro *carcere.* Et ſcite καταῤῥάκτην verterunt, quoniam tales catarrhactae uſurpabantur pro *carceribus* in Oriente.

ἀπόκνιζε] Ex 1 Reg. 9, 24. ubi Lex. Cyrill. Brem. ἀπόκνιζε, ἀπόκοπτε.

ἀπόκριμα] Sic 2 Cor. 1, 9. ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, i. e. *me ipſum quaſi mortis damnavi, iudicium mortis mihi ipſe apud animum pronuntiavi,* hoc eſt: *putabam mihi moriendum eſſe, tantopere ſum afflictus.* Nam in verſ. antec. dixerat: καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι καὶ τοῦ ζῆν. Sic et Chryſoſt. ad h. l. explicat: ψῆφον, κρίσιν, προσδοκίαν. Theodoret. ψῆφον. Oecumen. κρίσιν καὶ ψῆφον.

Digitized by Google

ἀπολείπεται. ἀπομένει.

ἀπόλλυε. Φόνευε εἰς ἀπώλειαν.

ἀποπεμπαῖος. ὁ ἀποςραφεὶς. ἄπρακτος. καὶ ὁ κεκαθαρμένος.

ἀπορούμενοι. πενόμενοι.

ἀποσκο-

ἀπολείπεται] Bielius adſcripſerat loca haec: Hebr. 4, 9. 10, 26.

ἀπόλλυε] Recte docet Albertus reſpici ad Rom. 14, 15. ad quem locum idem habent Gloſſae. Ibi eſt: *μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε ὑπὲρ οὗ Χριςὸς ἀπέθανεν*, e qua oppoſitione patet *ἀπολλύειν* idem eſſe quod *Φονεύειν*. Sed ne quis illud *interficere* proprie et phyſice intelligeret, cavit praeclare interpres, dum *εἰς ἀπώλειαν* adponeret. Similiter veteres Interpp. Theodoret. *τῇ μεταλήψει τεκταίνῃ τὸν θάνατον.* Qualis *ἀπώλεια* iſta ſit, tradit Oecumenius: *μὴ ἐγκαλῶν σφοδρῶς ἐκείνῳ, ἐκβάλῃς αὐτὸν τέλειον τῆς πίςεως.*

ἀποπεμπαῖος] Alii viri docti legi volunt *ἀποπομπαῖος*. Sine dubio vox eſt e Levit. 16, 8. ubi hircus in deſertum miſſus, עזאזל dictus, vertitur *τοῖς ὁ ἀποπομπαῖος*. Unde et Suidas: *ἀποπομπ. ὁ χίμαρος, ὁ τράγος.* Sed ipſa explicatio *κεκαθαρμένος* ex iis videtur orta eſſe, quae circa illum hircum emiſſarium fierent. Sic enim de eo praecipitur Moſi: *ςήσει αὐτὸν ζῶντα ἔναντι κυρίου, τοῦ ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτοῦ, ὥςε ἀποςεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπόμπην, καὶ ἀφήσει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον* etc. coll. verſ. 20. Haec cum facta erant, hircus ille quaſi dici poterat: ***purgatus***, vel, ***expiatus***, quia Iſraelitae, eo dimiſſo, expiati credebantur. Aquila vertit: *τράγον ἀπολυομένον* auctore Theodoreto in Quaeſt. ad h. l. ſive ut eſt in aliis Codd. *ἀπολελυμένον*. Legit igitur ille עז אזל *hircus abiens*, explicante Cappello Crit. Sacr. libr. V. p. 350. — Pro *ἄπρακτος*, quod ſenſum non habet, fortaſſe leg. *ἄτρωτος*. cf. Io. Phil. Heinii Diſſert. Sacr. libr. II. cap. 4. Cl. Scharfenberg. Animadverſſ. in Montef. Hex. Orig. Spec. I. p. 88. et Deylingii Obſervatt. Sacr. P. I. Obſ. 18.

ἀπορούμενοι] Ex 2 Cor. 4, 8. Hinc ſenſus elegans hic: *ege-*

Digitized by Google

ἀποσκορακισμός. ἐξουδένωσις.

ἀποσοβεῖ. ἀπελάυνει, ἀποδιώκει.

ἀπόσπασμα. μέρος. ἀπότμημα.

ἀποϛολαὶ. ἀποπέμψεις.

ἀποϛομίζειν. ἀπὸ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν.

ἀποϛυγοῦντες. μισοῦντες.

ἀποτετίνακται. ἀπέῤῥιψεν.

ἀποτίσει. ἀποδώσει.

ἀπο-

egeſtate preſſi, ſed tamen non oppreſſi, certe elegantior, quam vulgaris ille: *dubitantes, ſed non deſperantes.* Theodoretus omnem ſententiam ſic explicat: ἐν ἀπόροις πράγμασι πόρους εὑρίσκομεν σωτηρίας. Oecumen. de *conſilii inopia* in bellis et perſecutionibus intelligit. Nam ἐξαπορεῖσθαι eſt: plane *ad incitas redigi, egeſtate plane opprimi.* Heſych. ἐξαπορηθῆναι. ἐν ἀπορίᾳ γενέσθαι. Unde et Chryſoſt. h. l. εἰς τέλος ἐκπίπτειν.

ἀποσκορακισμὸς] Eſ. 66, 15. ſed ibi גערה *ira, indignatio*, idem quod antea ἡ θυμὸς.

ἀποσοβεῖ] Ex Sirac. 22, 20. ubi idem Gloſſae MS.

ἀπόσπασμα] Eſ. 46, 20. Thren. 4, 7.

ἀποϛολαὶ] Cyr. Lex. MS. addit etiam δῶρα. Pro *donis* etiam ἀποϛολαὶ dicuntur 1 Sam. 4, 34. 2 Macc. 3, 2.

ἀποϛομίζειν] Alii corrigunt ἀποϛοματίζειν, ut pertineat ad Luc. 11, 53. Φαρισαῖοι ἤρξαντο ἀποϛοματίζειν Χριϛὸν περὶ πλειόνων, *coeperunt reſponſa Chriſti elicere* i. e. *eum interrogare.* Nam explicatio Heſychii hoc ſibi vult: *petere ut alter illico et memoriter reſpondeat*, vel *diſputet.* Sed et alibi eo ſenſu occurrit vox. Itaque gloſſam ſacram eſſe magis ſuſpicari quam contendere licet. cf. Suiceri Theſ.

ἀποϛυγοῦντες] Rom. 12, 9. ad quem locum idem Chryſoſt. Oecumen. alii, quos nominat Suicerus l. c.

ἀποτετίνακται] 1 Sam. 10, 2. ἀποτ. τὸ ῥῆμα τῶν ὄνων. i. e. *neglexit aſinos*, non amplius eorum mentionem fecit.

ἀποτίσει] Exod. 21, 36. 22, 4.

Digitized by Google

ἀποτόμως. σκληρῶς. ἀπαραιτήτως.

ἀποφορτίσαθαι. τὸ βάρος ῥίψαι.

ἀπέχει. ἀπόχρη. ἐξαρκεῖ.

ἀπροσδεής. ὁ μηδενὸς χρείαν ἔχων.

ἀπρόσιτος. ἀπροσπέλαστος. ἀπάνθρωπος. ἀχώρητος. ἀπροσέγγιστος. εἰδεχθὲς, μοχθηρὸν ἰδεῖν.

ἀπρόσ-

ἀποτόμως] Tit. 1, 13. ἀποτόμως αὐτοὺς ἔλεγχε ſevere, *graviter* eos admoneas. Eſt proprie uſurpatum de medicis, qui ἀποτέμνουσι *ſecant* et *urunt*, i. e. ſeverius tractant vulnera. vid. Xenoph. Memor. Socr. Lib. I. cap. 2. §. 54. Quam derivationem forte reſpiciens Paulus poſtea dicit: ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει. cf. 2 Cor. 13, 10. Eodem modo Sap. Sal. 18, 15. ἀπότομος πολεμιστής, et apud Longinum de Subl. Sect. 27. ἀπότομος ἀπειλή.

ἀποφορτίσαθαι] Act. 21, 3.

ἀπέχει] Gloſſa inſerta eſt apud Heſych. poſt v. ἀπόχασιν. Pertinet ad Marci 14, 41. ἀπέχει, ἦλθεν ἡ ὥρα, *ſufficit, ſatis eſt* etc. quamvis illam vocem multi non intellexerunt olim, et ſatis contorte explicarunt, ut videre licet in B. Erneſti Biblioth. Theol. Vol. II. p. 602.

ἀπροσδεής] 2 Macc. 14, 35. Suid. expl. ὁ μηδενὸς ἐνδεής.

ἀπρόσιτος] Hanc gloſſam reſpicere ad 1 Tim. 6, 16. variis cauſis motus credo. Ibi haec ſunt: φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. Salva ſunt omnia apud Heſychium, ſi locum ipſum Pauli ante oculos habeas. Primum illud ἀπάνθρωπος pertinet ſine dubio ad illa verba Pauli: ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων. Niſi cum verbo antecedenti iungere et legere velis ἀπ' ἀνθρώπου. Deinde illud μοχθηρὸν ἰδεῖν ad illa Pauli: οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. Ipſe enim Paulus quaſi explicat ulterius et per partes, qualis ſit lux illa ἀπρόσιτος, et Gloſſator has ipſas Pauli explicationes ad uſum ſuum transtulit. Salvum etiam eſt εἰδεχθὲς, quamquam interpretes ad

C Heſych.

Digitized by Google

ἀπρόσκοπον. ἀσκανδάλιστον.

ἀπφῶ. πατρὸς. ἡ διπλασία χάρις.

ἀπῴκισται. ἐμακρύνθη.

ἀπώσατο. μακρὰν ἔῤῥιψεν.

ἀπώ-

Heſych. varie corrigere voluerunt. Nam infra Heſych. εἰδεχθὲς, ἀειδὲς, αἰσχρὸν τῷ ἰδεῖν. Quod ergo Kuſterus negat ſe videre, quomodo μοχθηρὸν ἰδεῖν pertinere poſſit ad vocem ἀπρόσιτος, cauſa eſt, quod locum Pauli non inſpexit, nec cum gloſſis contulit. cf. Suiceri Theſ.

ἀπρόσκοπον] Parvi uſus gloſſa, ſi modo ad Actor. 24, 16. reſpicit, ubi eſt: ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν, i. e. conſcientiam rectam, ſive vitae bene actae habere. Ergo ſi reſpexiſſet hunc locum gloſſator, certe magis perſpicue et definite explicaſſet. Nam, qualis ſit συνείδησις ἀσκάνδαλιστος, non minus explicari debet.

ἀπφῶ] Mira explicatio et fere inepta, uti interpretes ad h. l. Heſych. fuſius docuerunt. Fons eius eſt in 2 Reg. 2, 14. unde Suidas ipſa verba adfert, ubi hebr. אף־הוא apud τοὺς ὁ vertuntur ἀφφὼ ſ. ἀπφὼ (a caeteris etiam κρύφιος, ut Theodoretus tradit), quod quidam hebraice neſcientes, explicarunt, πατήρ, quaſi eſſet ab אב vel ab ἀπφύς. — Alteram explicationem διπλασία χάρις Heinſius Prolegom. ad Ariſtarch. S. p. 603 docet petitam eſſe ex eiusdem Cap. verſu 9. ubi Eliſaeus *duas Spiritus S. gratiae* iſtius, quam Elias conſecutus eſſet, partes ſibi petit, quae ibi διπλῆ χάρις dicitur. Hinc putaſſe quosdam, ἀφφὼ ſ. ἀπφὼ ſignificare *duplicem gratiam*. Hinc et ſequens apud Heſych. explicationis portentum fluxit: ἀπφύς. ὁ πατήρ. ἡ πνεύματος ἁγίου δίττη ἐνέργεια. Sic et Athanaſius ex hoc loco probat Divinitatem Spir. Sancti, quia *Deus geminus* vocetur, et ἀφφὼ dicit eſſe *ambo*. vid. Glaſſ. Phil. ſacr. p. 517. ed. recent. Gataker. de ſtylo Nov. Inſtr. Cap. 3. Suicer. Theſ. Eccleſ. et Bielii Theſ. phil.

ἀπῴκισται] 1 Sam. 4, 22.

ἀπώσατο] Rom. 11, 1. 2. Act. 7, 27. et ſaepe apud τοὺς ὁ Thren. 2, 7. 3, 17. et Pſalm. 77, 73. quem locum Pſalmi

Reine-

Digitized by Google

ἀπώσθησαν. ἀπεῤῥίφησαν.

ἀπῶσμαι. ἀπεῤῥίφην.

ἀργυρώνητος. οἰκέτης ἀργυρίε ἀγοραςός.

ἄρδην. παντελῶς.

ἀρετή. θεία δύναμις. διάθεσις ἀγαθή. ἢ τὸν ἐνάρετον βίον.

ἄρθρα. μέλη ἄκρα.

ἀριήλ. λέων.

C 2 ἀριθμη-

Reineſius margini Heſych. adſcripſerat. Forte tamen gloſſator ante oculos habuit locum Iudic. 6, 13. ubi οἱ ὁ ἐξέῤῥιψεν, ſed Cod. Oxon. Ald. et Compl. ἀπώσατο. Idem habet Theodot. Pſalm. 35, 5. pro quo Aquila ἀπέῤῥιψε.

ἀπώσθησαν] Pſ. 88, 5.

ἀπῶσμαι] Ion. 2, 5. Thren. 3, 54. εἶπα, ἄπωσμαι, ubi Bielius Theſ. phil. P. I. p. 210. monet ἀπῶσμαι ſcribendum, adprobante Alberto. Sic habet Theodoretus.

ἀργυρώνητος] Ex τοῖς ό. vid. Iudith. 4, 10. et Geneſ. 17, 12. 13. 23. 27. ubi iungitur vocibus μισθωτὸς, οἰκογενὴς, quibus opponitur: et planius verſ. 27. οἱ οἰκογενεῖς αὐτε καὶ οἱ ἀργυρώνητοι ἐξ ἀλλογενῶν ἐθνῶν.

ἄρδην] Sic eſt Malach. 4, 6. In Ebr. eſt חֵרֶם. vid. Suid. in h. v. et Heſych. in κατὰ κράτος.

ἀρετή] Reſpici videtur ad 2 Petr. 1, 3. ubi in eodem verſu mentio fit τῆς θείας δυνάμεως. Reineſius in margine ita: „ſcillcet helleniſtice, non graece. Eſt enim theologica et helleniſtica, non graeca vocis interpretatio. Sic Hab. 3, 2. Zach. 6, 13. 2 Petr. 1, 3. 1 Petr. 2, 9. vid. Heinſius Proleg. Ariſtarch. S.“

ἄρθρα] Bielius adfert Iob. 17, 11. ubi eſt: ἄρθρα τῆς καρδίας με. quae quomodo huc pertineant, non ſatis liquet. Plane alium ſenſum ex hebraeis verbis dat Schultenſius in Comment. ad h. l.

ἀριήλ] Gloſſa hauſta ex Baſil. M. Comment. in Eſ. 15, 9. pag.

Digitized by Google

ἀριθμητά. τὰ ὀλίγα.

ἀριὼθ. ἡ λέαινα, ὑπὸ Σύρων.

ἄρκος. τὸ ζῶον.

ἁρματηλάτης. ἡνίοχος.

ἁρμόζεται. συζεύγνυται.

ἁρμόζουσα. συμφωνοῦσα. συνοικουμένη. ἡ κοσμοῦσα.

ἁρμο-

9. pag. 1112. ubi ait: ἀριὴλ δὲ ὁ λέων ἑρμηνεύεται παρὰ ἑβραίοις. Ibi tamen eſt tantum אריה ut et Cap. 21, 8. ubi Theodot. ἀριήλ. Aq. λέοντα. Symm. λέαιναν. Euſebius: ἑρμηνεύεσθαι φασὶ τὸ ἀριὴλ, λέων Θεοῦ; ex hebr. אריאל quod Ieſ. 29, 1. οἱ ὁ ἀριὴλ, ſed alibi Aquila et Symm. vertunt λέοντα Θεοῦ, ut 2 Reg. 23, 20. E quibus gloſſam illam ad Etymologiam tantum pertinere et ne perfectam quidem eſſe patet.

ἀριθμητὰ] Bielius adfert locum Iobi 15, 20. ubi ſunt τὰ ἔτη ἀριθμητὰ hebr. מספר שני *numerus annorum*. Sed Schultenſius ibi adnotat, vocem מספר ſi poſtponatur, *paucitatem*, ſin praeponatur, ut h. l. *multitudinem* indicare. Unde potius vertit: *annos multos*. Videtur ergo gloſſator ſecutus eſſe interpretem in Hexapl. Orig. qui reddit ἐν ὀλίγῳ. Eodem tamen modo Cap. 16, 22. ἔτη ἀριθμητά. Vulg. *breves anni*. ubi τὸ מספר poſtponitur.

ἀριὼθ] Alberto videbatur gloſſator reſpexiſſe ad vocem אריותא i. e. *leaena*; ut Geneſ. 49, 9. in Targ. Hieroſ. Pergerus pro λέαινα legendum cenſebat λάχανα ex 4 Reg. 4, 39. ubi pro hebr. ארת οἱ ὁ ἀριὼθ ponunt, et incertus interpres ap. Orig. ἀγριολάχανα.

ἄρκος] Heinſius laudat Eſ. 59, 11. ςενάζουσιν ὡς ἄρκος. Kuſterus vult *urſam* intelligi, quae alias ἄρκτος. Etiam Theodoretus ἄρκον nominat. Tom. I. p. 341. II. 1192. Vide tamen, an τὸ ςενάζειν conveniat *urſae*.

ἁρματηλάτης] 2 Macc. 9, 4. Biel.

ἁρμόζεται] Proverb. 19, 14.

ἁρμόζουσα] Heinſius putabat explicari hac gloſſa locum Prov. 8, 30. cf. Boſii Prolegom. ad LXX.

Digitized by Google

ἀρμονίας. συμφωνίας. συνθήκας. σπονδάς.
ἁρμῶν. ἁρμονιῶν.
ἁρπῶμαι. ἁρπάζω. δρεπάνῳ κέχρημαι.
ἀρτάβη. μέτρον Μηδικὸν σίτου, Ἀττικὸς μέδιμνος.
ἄρσεων. βασταγμάτων.

C 3 ἀρτήρ.

ἀρμονίας] Ne quis putet Heſychium reſpexiſſe ad Ezech. 23, 42. quem locum Bielius adſcripſerat una cum explicatione Lexici Cyrill. Brem. quod habet ἀρμονίας. εὐφωνίας. Nam alia eſt εὐφωνία alia συμφωνία, praeſertim in hac gloſſa noſtra, in qua permutatur cum συνθήκαις et σπονδαῖς. Notat enim nunc *συμφωνία pactum, conventionem,* a *συμφωνεῖν paciſci cum aliquo*, quo ſenſu eſt apud Matth. 20, 2. Sed in Ezech. dicitur φωνὴ ἁρμονίας i. e. *ἁρμονικὴ vox ſuavis, canora.* Deinde etiam caſus diverſi ſunt. In gloſſa vox ἁρμονίας ponitur in accuſativo, ut e gloſſematibus patet, ſed in Ezech. genitivus exhibetur. Caeterum Kuſterus, apud Albertum ad h. l. Heſ. attulit locum Euſtath. ad Hom. p. 1268. ubi docet ἁρμονίας etiam ſignificare τὰς συνθήκας.

ἁρμῶν] Hebr. 4, 12. ἁρμῶν καὶ μυελῶν.

ἁρπῶμαι] Hoſ. 5, 14. ubi hebr. טרף *rapere.* Sic et Gloſſae in 12 Proph.

ἀρτάβη] Pro modio frumenti occurrit vox apud τοὺς ό ad Eſ. 5, 10. ubi hebr. חמר vertunt ἀρτάβας. Ambiguum tamen eſt, an gloſſator ad hunc locum oculos intenderit et τοὺς ό explicare voluerit. Caeterum praeter Relandum et alios inprimis Hodius de text. orig. Verſſ. LXX. Lib. II. pag. 116. demonſtrat menſuram fuiſſe Aegypt. ſ. Alexandrinam; unde interpretes illos, qui Alexandrini fuerint, ſic vertiſſe. Idem docent Hieronymus ad loc. Eſaiae, Epiphan. de Pond. et Menſur. Cap. 24. et Scholiaſtes ad Ariſtoph. Acharnenſ. v. 91. ex quo Suidas: ἀχάνη μέτρον ἐστὶ περσικὸν, ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρὰ Αἰγυπτίοις. cf. Polyaeni Stratag. 4, 3. 32. e quo Heſych. hauſiſſe videtur.

ἄρσεων] Pſ. 80, 5. ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτοῦ. vid. Gloſſ. ſacr. in Pſalm.

Digitized by Google

ἀρτὴρ. ὑπόδημα· οἱ δὲ, ζύστραν.

ἀρῶ. ἐκτενῶ.

ἀσέλγεια. πορνεία.

ἀσάριον, καὶ λεπτὸν, ἓν εἰσιν. ἤγουν ἑξακισχιλίων τριακοσίων ταλάντων, ὅ ἐστι, ἓν ἥμισυ λεπτοῦ. τὰ δὲ δύο λεπτὰ, Κουαδράντης εἷς, ἤγουν νουμμία γ΄.

ἄσημα. ἄμορφα.

ἀσινῆ.

ἀρτὴρ] Nehem. 4, 17.

ἀρῶ] Deut. 32, 40.

ἀσέλγεια] Sic Sap. Sal. 14, 26. iunguntur μοιχεία et ἀσέλγεια. Rom. 13, 13. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. 1 Cor. 12, 21. ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ. cf. Gal. 5, 19.

ἀσάριον] Utilis haec gloſſa eſt ad aliquot loca explicanda Nov. Teſt. ἀσσάριον occurrit Matth. 10, 29. quamvis ibi ponitur pro pretio minimo et leviſſimo. Quae eadem ratio valet in locis Matth. 5, 26. coll. Luc. 12, 59. e quibus veteres quidam falſo crediderunt κοδράντην eſſe idem quod λεπτὸν, quod refellitur loco Marci 12, 42. ubi eſt: λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης, quae verba in mente habuiſſe videtur gloſſator.

ἄσημα] Videri poſſit gloſſator reſpexiſſe ad Geneſ. 30, 42. ubi de artificio Iacobi in coloribus ovium variandis dicitur: ἐγένετο δὲ τὰ μὲν (πρόβατα) ἄσημα τοῦ Λάβαν, τὰ δὲ ἐπίσημα τοῦ Ἰακώβ. Quamvis enim ibi ἄσημα ſunt oves nullis maculis diſtinctae, vel uti alibi διάλευκα, et ἐπίσημα, maculis variis coloratae, tamen is, qui illam gloſſam fecit, ad pulcritudinem quandam videtur rem retuliſſe. Unde explicavit ἄμορφα, de ovibus ſimplicem colorem habentibus, et infra: ἐπίσημα. εὔμορφα quaſi *pulcrae*, *formoſae*, quia magis oculos vulgo delectant, quae coloribus variis diſtinguuntur, quam quae uno et vulgari colore conſpicua ſunt. Accedit quod haec ἐπίσημα alibi dicuntur ποικίλα ut Geneſ. 31, 8. et in aliis huius hiſtoriae partibus. Et vox שרק quae in h. l. vertitur ἐπίσημος, in Zach. 1, 8. eſt ποικίλος. Iam vero Heſych. ποικίλα. πεποικιλμένα, κεκαλλωπισμένα.

Digitized by Google

ἀσινῆ. ἀβλαβῆ. ἡ πόλις.

ἄσις. κόνις. ἢ εἶδος ὀρνέȣ.

ἀσμένως. μετὰ χαρᾶς. ἡδέως. προθύμως. ἑκȣσίως.

ἀσπιδίσκας. πελτάρια. σκȣτάρια. ἡ περιφερὴς κόσμος, ὅπλοις ἐοικώς.

C 4 ἄσπον-

ἀσινῆ] 3 Macc. 6, 7. Δανιὴλ εἰς φῶς ἀνήγαγες ἀσινῆ.

ἄσις] Poſt vocem κόνις cogitanda vox ἀσίδα pro more omiſſa; niſi gloſſatorem hunc pro caſu accuſativo habuiſſe ſtatuamus. Reſpexit hebr. חסידה quod οἱ ὁ verterunt ἀσίδα Iob. 39, 13. Ierem. 8, 7. Theodoret. ad l. Ierem. ἡ μὲν ἀσίδα, ὀρνέον ἐςί. τινὲς δὲ φασὶ τὸν ἰκτῖνον ȣ̔τω καλεῖσθαι. Caeterum obſervandum, idem verbum hebr. a τοῖς ὁ etiam verti ἐρώδιον ut Pſ. 104, 17. et eodem modo ab Aquila Ierem. 8, 7. et Iob. 39, 13. Quo ſpectare quidam interpretes putant gloſſam hanc: ἀσίδον. ῥαδιῶνα. et pro eo legendum eſſe ῥοδιῶνα i. e. ἐρωδιῶνα. Bielius coniecerat: ἀσίδαν. ῥωδιόν. Mihi videtur ita legendum ἀσίδα. ἐρωδιὸν ex Iob. 39, 13. ubi Aquila vertit ἐρωδιόν. vid. Olympiodor. et Polychron. ad h. l. in Caten. Nicetae, et ad Ierem. 8, 7. in Comment. Ghislerii ἀκύλας μὲν τὸν ἐρωδίον ἐκδέδωκεν. Ἰνδικὸν δὲ ἐςιν γένος ὀρνέȣ ἡ ἀσίδα. Innumeras fere virorum doctorum de loco Iobi ſententias narrat Schultenſius in Comment. ubi vertit חסידה אברה *penna pia*, et luſum quendam ait ineſſe ad naturam *ciconiae*, cui pietas et amor maternus tribuatur.

ἀσμένως] vid. Act. 2, 41. 21, 17.

ἀσπιδίσκας] Tertia explicatio ἡ περιφερὴς κόσμος optime convenit loco Exod. 28, 13. ubi vocem משבצת vertunt οἱ ὁ ἀσπιδίσκας i. e. ſimbrias aureas, quibus veſtis extrema ora ſ. περιφέρεια cingenda erat. Sic Pſ. 45, 14. eandem vocem vertunt κροσσώτȣς, quamvis h. l. totam veſtem auro diſtinctam notare videtur. vid. Braun. de Veſt. hebr. p. 162. et Schroeter. de Veſt. mul. hebr. p. 129. Porro in Exod. 11. verba מסבת משבצות זהב quae οἱ ὁ plane omittunt, vetus verſio reddit: *incluſos auro et circum-*

ἄσπονδοι. ἄγριοι, ἐχθροί. καὶ μὴ μνημονεύοντες φιλίας, ἢ διαθέσεως. ἀδιάλλακτοι.

ἆσσον. πλησίον, ἐγγύς.

ἄστεγον. τὸ μὴ ἔχον στέγην. ἢ ἀκαρτέρητον καὶ ἀνυπομόνητον.

ἀστέγους. οἱ μὴ ἔχοντες οἴκους.

ἀστεῖος. ὁ χαρίεις. ὁ ἐπίχαρις.

ἀστηρίκτους. ἀσθενεῖς.

ἀστορ-

---

circumdatos. Arabs: *et fac illos, ambiant eos.* Uterque igitur exprimit notionem cuiusdam *ambitus*, et περιφερείας.

ἄσπονδοι] vid. 2 Tim. 3, 3. Rom. 1, 31. Schol. Cod. Moſq. ad h. l. ed. Math. expl. ἀδιαλλάκτους καὶ μνησικάκους.

ἆσσον] Act. 27, 13.

ἄστεγον] Sine dubio reſpicitur Proverb. 26, ult. ubi hebr פה חלק *os glabrum*, *lubricum* οἱ ο' vertunt ἄστεγον; quod gloſſator intellexit de ore loquaci, quod non poſſit quicquam reticere, exprimitque graecorum γλωσσαλγίαν. Oppoſitum στέγανον Heſych. explicat τὸ δυνάμενον στέγειν τοὺς λόγους, καὶ μὴ ἐξαγγέλλειν. Suidas: ἄστεγος. φλυαρὸς, ἀνυπομόνητος.

ἀστέγους] Ieſ. 58, 7. πτωχοὺς ἀστέγους εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, quibus verbis ipſa explicatio nititur.

ἀστεῖος] Referri poteſt ad Act. 7, 20. ubi Moſes dicitur ἀστεῖος τῷ Θεῷ i. e. *valde venuſtus.* Ergo recte Heſych. Suidas addit εὐσύνετος, εὐπρόσωπος, καλὸς. Formam loquendi, quae hebraica eſt, non aſſecuti ſunt interpp. Vett. qui interpretantur εὐάρεστος τῷ Θεῷ, ἢ Θεοφιλής, ut Oecumen. ad h. l. Alia gloſſa: ἀστεῖον. καλὸν, ἢ πολιτικὸν. ἢ ἐπίχαριν, ἢ κεχαριτωμένον, ſine dubio ad Exod. 2, 2. ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀστεῖον. Nam eadem eſt Gloſſa in Octat. cf. Suicerus in Theſ. eccleſ.

ἀστηρίκτους] 2 Petr. 2, 14.

ἀςόργυς. μὴ ἀγαπῶντας τινάς.

ἀσυνθέτυς. μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις. μὴ συντεθειμένυς.

ἀσυνθεσία. παραβασία.

ἀσυρῆ. ἀκάθαρτα.

ἀσφαλτώσεις. χρίσεις. πισσώσεις.

ἀσχήμονι. ἐπονειδίςῳ θανάτῳ.

ἀσχολία. ἐνδελεχισμός.

ἀσώτως. αἰσχρῶς. ἀπλήςως.

C 5 ἀτα.

ἀςόργυς] Rom. 1, 31. cf. 2 Tim. 3, 3. Pro τινὰς Suicerus mavult τινά.

ἀσυνθέτυς] Ad Rom. 1, 31. Gloſſa ſine dubio eſt ex Oecumenio, qui totidem verbis explicat vocem ad h. l. quem ex Suida hauſiſſe dicit Suicerus in Theſ.

ἀσυνθεσία] Ex τοῖς ό qui hebr. בגודים ita exprimunt, ut Ierem. 3, 7. et מעל Eſrae 9, 2. In Pſalm. 36, 2. פשע Aquila ἀσυνθεσία. οἱ ό ἀνομία. Ergo παραβασία eſt eadem quae παράβασις τῶν συνθηκῶν. Sic Suidas in hac voce, ex quo etiam corrigendum Heſychium cenſebat Kuſterus.

ἀσυρῆ] cf. Sirach. 23, 13.

ἀσφαλτώσεις] Ex Geneſ. 6, 14. ἀσφαλτώσεις αὐτὴν τῇ ἀσφάλτῳ.

ἀσχήμονι] Ex Sapient. 2, 20. ubi eſt: θανάτῳ ἀσχήμονι καταδικάσωμεν αὐτόν. Ergo ex addita voce θανάτῳ intelligitur locum illum reſpici.

ἀσχολία] Bielius adſcripſerat locum Sirac. 40, 1. Utitur et Symm. verbo variis in locis, ubi οἱ ό περισπασμός. Eccleſ. 1, 13. 2, 26. etc. Vox etiam ἐνδελεχισμὸς τοῖς ό frequens eſt.

ἀσώτως] Luc. 15, 13.

Digitized by Google

ἀταβύριον. ὄρος, ἔνθα θηρία συνάγονται.

ἀτμίς. ἀπαύγασμα. πνοή.

ἄτρυγον. καθαρόν. μὴ ἔχον τρύγα.

αὖα. ξηρά.

αὐθάδης. ὑπερήφανος. θυμώδης. παράνομος.
 αὐτάρεστος.

αὐγή. φῶς.

αὐθαίρετοι. αὐτοπροαίρετοι, αὐτάρεσκοι, ἑκούσιοι.
 αὐτόκλητοι.

αὐθαιρέτως. ἑκουσίως.

αὐθεν-

ἀταβύριον] Referunt huc locum Hoſeae 5, 1. 2. ubi תבור οἱ ό vertunt ἰταβύριον, quod et habet Heſych. Ἰταβύριον. ὄρος, ἔχον πηγὴν μίαν. ὅθεν τὰ θηρία πίνει. ἐστὶ δὲ εἰς τὴν Γαλιλαῖαν ἐν Ἰουδαίᾳ. Ex verſ. 2. intelligi poteſt illud quod Heſych. addit: ἔνθα θηρία συνάγονται, nempe *venationis cauſa*. Theodoretus ad locum Hoſeae ἰταβύριον vocat ὄρος θήρας διαφόρου μεστόν.

ἀτμίς] Ex Sapient. 7, 25. ubi in altero membro eſt ἀπόῤῥοια et v. 26 in re non diſſimili ἀπαύγασμα dicitur, unde gloſſema illud ſumtum eſt. Saepe enim ex membris parallelis excerptae ſunt gloſſae. Sunt nempe in illo loco ſynonymae hae quinque voces: ἀτμίς, ἀπόῤῥοια, ἀπαύγασμα, ἔσοπτρον, εἰκών.

ἄτρυγον] Ex Exod. 27, 20. ubi utrumque eodem modo iungitur.

αὖα] Symmach. Pſ. 101, 3. ὀστᾶ μου αὖα γέγονεν. οἱ ό συνεφρύγησαν.

αὐθάδης] cf. Tit. 1, 17. Suidas addit θρασύς, uti explicat Theodoretus. Theophyl. αὐτάρεσκον, ut forte et in Heſ. legendum.

αὐγὴ] Sic Actor. 20, 11. ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς.

αὐθαίρετοι] vid. 2 Cor. 8, 3. 17. ad quem locum Photius ap. Oecumen. αὐτοὶ ἐξ ἑαυτῶν τὸ ἀγαθὸν ᾑρετίσαντο.

αὐθαιρέτως] 2 Macc. 6, 19.

Digitized by Google

αὐθεντεῖν. ἐξουσιάζειν.

αὐθημερόν. σήμερον, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ.

αὐλαία. τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα.

αὔλακας. κοίλους τόπους.

αὐλίζεται. κοιμᾶται. φυλάττεται. κοιτάζεται.

αὐλήν. κοίτην. ἐπαυλισμόν.

αὐτόματον. αὐτοφυές.

αὐτοσχεδίως. αὐτομάτως.

αὐτό-

αὐθεντεῖν] 1 Tim. 2, 12. οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, *non habere imperium in virum.*

αὐθημερὸν] Proverb. 12, 16. hebr. ביום.

αὐλαία] Eo ſenſu ſaepe οἱ ό αὐλαίαν dicunt. v. Exod. 26 et 36. Iudith. 14, 14.

αὔλακας] Si Gloſſator ſub κοίλοις τόποις fiſſuras terrae, quos *ſulcos* dicimus, intellexit, ſine dubio reſpexit ad LXX Interpr. qui ſaepe ita vertunt hebr. תלם Iob. 39, 10. ubi Baſil. in Caten. Nicetae p. 558. κοιλάδας explicat. Pſ. 65, 11. Sirac. 7, 3. Illam vero gloſſatoris mentem fuiſſe, e ſequenti gloſſa ſuſpicari liceat: αὔλαξ. τὸ σχίσμα τοῦ ἀρότρου.

αὐλίζεται] Iob. 38, 19. ποία δὲ γῇ αὐλίζεται τὸ φῶς, pro quo alii σκηνοῖ, ἠρεμεῖ. Cui tamen loco gloſſam hanc non tam aptam cenſeo, quam ſequentem αὐλίζομαι. μένω. ἐνδιατρίβω. Nam in hebr. eſt שכן. In hac gloſſa Alberto videtur Heſychius reſpexiſſe praecipue ad 2 Sam. 15, 28. ubi pro ϛρατέυομαι Ald. lectio habeat αὐλίζομαι. Dan. 4, 12. αὐλισθήσεται, pro quo MS. Vat. κοιτασθήσεται. Conferri etiam poſſunt ex N. T. Matth. 21, 17. Luc. 21, 37. Vid. infra ad voc. ηὐλίσθησαν.

αὐλὴν] Pricaeus putabat reſpici ad Ioh. 10, 1.

αὐτόματον] Ita 1 Reg. 19, 29. αὐτόματα ſunt αὐτοφυῆ, quod poſt meſſem ſponte progerminat, ספיח. Et Levit. 25, 5. ubi etiam planius τὰ αὐτόματα ἀναβαίνοντα τοῦ ἀγροῦ σου.

αὐτοσχεδίως] Sapient. 2, 2.

Digitized by Google

αὐτόχθοσι. τοῖς ἐν ἰδίᾳ γῇ, ἢ τόπῳ οἰκοῦσιν.

αὐχμώδης. ξηρὸς. ῥυπώδης.

ἀφαγνίσασθαι. καθιερώσασθαι, ἀφοσιώσασθαι.

ἀφαίρημα. ἀνάθημα. δῶρον.

ἀφανίσαι. σκεπάσαι. προνομεῦσαι.

ἀφέδρῳ. ἀκαθαρσία.

ἀφεδρῶνες. σέλλαι, σελλάρια, σωτήρια, ἀναγκαῖα.

ἀφει-

αὐτόχθοσι] Levit. 17, 15. Exod. 12, 19.

αὐχμώδης] Pro ξηρὸς occurrit 1 Sam. 23, 14. Pro ῥυπώδης Mich. 4, 8. ubi eſt מגדל עדר עפל πύργος αὐχμώδης. Aquila σκοτώδης. Symm. ἀπόκρυφος. Vulg. *nebuloſa*. Tamen in ῥυπώδης adhuc tropus ineſt, atque indicatur *ignobilitas*, ut ſit *turris Eder ignobilis* ſ. *ſordida*. Theodoret. ad locum Michae: πύργον αὐχμώδη προσαγορέυει, διὰ τὴν τῶν οἰκητόρων ἀσέβειαν.

ἀφαγνίσασθαι] Num. 6, 3. Levit. 14, 59. Num. 19, 12. 19. Num. 8, 7. 22.

ἀφαίρημα] Alii ſcribi malunt ἀφαίρεμα, ut ſupra ἀπαρχή. προσφορά. ἀφαίρεμα. Sic exſtat apud τοὺς ό Exod. 35, 5. et alibi ſaepe. Ebr. תרומה. Exod. 25, 2. Aquil. ἀφαίρεμα. οἱ ό ἀπαρχάς.

ἀφανίσαι] Ita Ezech. 30, 9. σπεύδοντες ἀφανίσαι τὴν Αἰθιοπίαν et alibi. vid. Biel. Theſ. phil. Eodem modo Gloſſ. MS. in Ezech.

ἀφέδρῳ] Reſpicit gloſſa ad LXX interp. quibus illa vox uſurpatur de ſordibus, quae e feminis certis temporibus eiiciuntur, vel de ſanguinis fluxu. hebr. נדה per εὐφημισμὸν, unde et coniungitur χωρισμὸς καὶ ἄφεδρος Levit. 12, 2. 15, 19. Ezech. 18, 6. γυνὴ ἐν ἀφέδρῳ. Levit. 15, 25. ἀκαθαρσία τοῦ ἀφέδρου αὐτῆς. Simile eſt graecorum ἄφοδος, ἀφοδεύειν et ἀφόδευμα. Talis mulier dicitur Ezech. 22, 10. ἐν ἀποκαθαρσίαις ἀποκαθημένη. vid. ſupr. ad voc. ἀποκαθ.

ἀφεδρῶνες] Sic ἀφεδρὼν Matth. 15, 17. 7, 19. de latrina, quae et *ſella familiaris* dicitur et ὁ θᾶκος graece, quae

ἀφειδία. καρτερία.

ἀφείλαντο. ἀπεστέρησαν.

ἀφεῖλεν. ἔκοψεν.

ἄφεσις. συγχώρησις.

ἀφὴ. — χροιὰ λέπρας.

ἄφιξις.

quae proprie *ſella* eſt. Caeterae explicationes Heſych. pertinent ad εὐφημισμὸν, qui in omnibus linguis dominatur, cum de talibus rebus ſermo eſt. ἀναγκαῖα dicuntur uti Vulgat. vertit Iud. 3, 24. et 1 Sam. 24, 4. *ad faciendum neceſſaria ſua*, quae et Graecis ſunt αἱ χρείαι: cf. Iſ. Caſaubon. ad Theophraſt. Char. Cap. 14. et le Moyne in Not. ad Barnabae Epiſt. in Var. Sacr. pag. 815 et ſeqq.

ἀφειδία] Huc referri poſſit Coloſſ. 2, 23. ἀφειδία σώματος, ſi καρτερία ſignificat *ſeveram corporis tractationem*. Ibi enim ſermo eſt de abſtinentia a cibis quibusdam, ut corpus coërceas. Hinc Theodoretus ἀφειδίαν explicat: τὸ μὴ πάντων ἔχειν ἀδεῶς τὴν ἀπόλαυσιν.

ἀφείλαντο] Bielius adſcripſit locum Iobi 24, 10. Niſi forte ibi ἀφείλαντό facilius gloſſemate eſt intellectu.

ἀφεῖλεν] Sic Matth. 26, 51. coll. Marc. 14, 47. Iohannes in loco parall. habet ἀπέκοψεν.

ἄφεσις] Videtur Heſych. libros N. T. reſpicere, in quibus ἄφεσις ἁμαρτιῶν ponitur pro *venia* peccatorum; quae Graece non ἄφεσις dicitur, ſed συγγνώμη vel συγχώρησις.

ἀφὴ] In promtu eſt Heſych. reſpicere loca illa τῶν ό in quibus eſt ἀφὴ λέπρας hebr. נגע צרעת uti Levit. 13 et 14 ſaepius. At נגע ſignificat *plagam*, *ulcus* ſ. *vulnus*, quod fit contuſione. Sic permutatur cum נלה *percuſſit* Eſ. 53, 4. ubi tamen male (Aquila) vertit ἐν ἀφῇ ὄντα, iterum ex Etymologia vocis, quod οἱ ό melius ἐν πόνῳ εἶναι verterunt. Nempe נגע notat ſive ἅπτεσθαι, *tangere*, uti ſaepe verterunt, unde נגע reddiderunt ἀφὴν, ſive *ferire*, *percutere*, ut 2 Reg. 15, 5. ubi οἱ ό καὶ ἥψατο κύριος τὸν βασιλέα, καὶ ἦν λελεπρωμένος. Ex quo loco etiam

patet;

ἄφιξις. ἔφοδος. παρουσία.

ἀφόρητον. ἀβάστακτον, ἀνυπομόνητον.

ἀφορίαν. ἀκαρπίαν.

ἀφωρισμένος. ἐκλελεγμένος, διακεκριμένος.

ἀφορολόγητον. φόρον μὴ τελοῦν.

ἀφορῶντες. ἀποβλέποντες.

ἀχάζ.

patet, quare hebraei dixerint נגע צרעת quaſi plagam, quam inflixerit Deus ut fieret lepra. Melius Levit. 13, 20. vertunt ſimpliciter λέπραν. cf. Theodoret. ad Deut. 17, 8. χροιὰν vero nunc vel notare *ſuperficiem*, vel depravatam eſſe vocem, et forte ſcriptum fuiſſe ἡ χώρα λέπρας, *locus* vel *ſedes leprae*, diu credidi. Sed poſtea incidi in Catenam Gr. Nicephori Theod. ubi ad Levit. 13, 3. incertus interpres ita: Περὶ τὸ δέρμα φησὶ τὸ ἀφῆ ὑποπίπτον, ἤτοι χροιᾷ λέπρας. ὅπερ ἀλλαχοῦ ὄψιν καλεῖ. Hinc forte fluxit gloſſa.

ἄφιξις] Act. 20, 29. ἄφιξις notat *diſceſſum*, contra uſum omnium fere ſcriptorum. Nam loca ex Herodoto ab Alberto laudata ambigua ſunt, et commode accipi de *adventu* ut effectu profectionis poſſunt. Unde et Chryſoſt. illam vocem explicat ἀποδημίαν et Gloſſae ἄφιξις, *profectio*. Niſi forte in Heſychio legendum eſt ἄφοδος, quam vocem mox explicat per ἀποχώρησιν. Infra tamen idem ἔφοδος. ἄφιξις.

ἀφόρητον] Sic ἀφόρητον βάρος τῆς ὀσμῆς 2 Macc. 9, 10. quem locum reſpexiſſe Heſychium, colligi poſſe videtur ex illo ἀνυπομόνητον, quod commodius de ὀσμῇ dicitur, quam ἀβάστακτον, quod magis ad βάρος pertinet. Ergo utrique voci conſuluit gloſſematibus.

ἀφορίαν] Hagg. 2, 17.

ἀφωρισμένος] cf. Rom. 1, 1. et ἀφορίζειν ſaepe pro *eligere, deſtinare*. Act. 13, 2. Gal. 1, 15.

ἀφορολόγητον] 3 Eſdr. 4, 50.

ἀφορῶντες] Ex Hebr. 12, 2.

Digitized by Google

ἀχάζ. κατάσχεσις.

ἄχι. — χόρτῳ χλωρῷ.

ἀχλύς. ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λεπτὴ ὕλη. ὁμίχλη. σκοτία. ἀμβλυωπία.

ἀωρία. σκοτία. μεσονύκτιον. ἄπρακτος ὥρα.

B. βάδος.

ἀχὰζ] Sine dubio deſumta gloſſa e Baſilii M. Comment. in Eſaiae 7, 1. ubi ille: ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ ἀχὰζ, κατάσχεσις. Ibi vero אחז eſt nomen proprium regis. Sed οἱ ὁ hebr. אחזה aliquoties verterunt κατάσχεσιν, ut Num. 32, 5. Pſalm. 2, 8.

ἄχι] Illa vox occurrit aliquoties apud τὰς ὁ. Sic enim verterunt hebr. ערות Eſ. 19, 7. τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν πᾶν. Ex hebr. אחו quod eodem modo verterunt Geneſ. 41, 2. 18. ἐν τῷ ἄχει quae loca forte in mente habuit gloſſator, qui explicationem ponit in dandi caſu. cf. voc. βούτομον. Caeterum de ſignificatione iſtius vocis optime egit Hodius Libr. II. de text. orig. Verſſ. gr. ubi tradit eam vocem plane eſſe Aegyptiacam, uti nomen אחו Geneſ. 41, 2. 18. itidem ab Aegyptiis mutuatum: ergo hoc Aegyptio Interpreti non viſum fuiſſe graece transferre, quia Graecis Alexandrinis ſatis familiare fuerit. Poſuit etiam eam vocem Chr. Scholz in Catalogo vocabulorum Copticorum. vid. Repertorium lit. orient. P. XIII. Hieronymus ad Eſ. 19, 7. ita: „Cum ab eruditis quaererem, quid hic ſermo (ἄχει χλωρὸν) ſignificaret, audivi ab Aegyptiis hoc nomine lingua eorum omne quod in palude virens naſcitur, appellari.“ Scholion ad loc. Geneſ. ἄχος ἐστὶ τὸ λεπτὸν καὶ βοτανῶδες φυτάριον.

ἀχλὺς] vid. Actor. 13, 11. ubi de Pauli caecitate: ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος.

ἀωρία] E Pſalmo 119, 147. ubi eodem modo Gloſſae. Ebr. נשף quod aliis in locis vertunt οἱ ὁ σκότος, ut Iob. 22, 15. 2 Reg. 7, 5. 7.

Digitized by Google

B.

βάδος. ὁ καὶ βάτος. πεντήκοντα ξεςαὶ.

βαδδὶν. βύσσινον ἔνδυμα εἰς ἱερέας.

βάθος. — τὸ βαθὺ, καὶ μέγα.

βαιθὴλ. οἶκος θεȣ̃.

βαΐς. ῥάβδος φοίνικος. καὶ βαΐων.

βὰρ. μικρὸν.

βαρα-

βάδος] Occurrit *βάτος ἐλαίȣ* Luc. 16, 6. ſimile Ebraico בת. Caeterum illum locum deſumtum eſſe ex Epiphan. libr. de pond. et menſ. ubi ait: *βάδον εἶναι ξεςῶν πεντήκοντα*, cenſebat Heinſius. Ioſephus vero Antiq. VIII, 2. ait *βάτον* habere 72 ſextarios. vid. Montefalc. in Hex. Orig. ad 3 Reg. 5, 11. et Theodoret. ad h. l.

βαδδὶν] Sine dubio reſpexit loca *τῶν ὁ* ubi בדים vertunt *βαδδὶν*, ut Dan. 10, 5. ad quem locum Theodoretus: *βαδδεὶμ ἐν τῇ ἑλλάδι φωνῇ τὰ βύσσινα σημαίνεται*, et mox explicat *ἔνδυμα βύσσινον*. In altero loco 12, 16. apud Theod. ſcribitur *βαδδίμ*; ubi expl. *βυσσίνην ἐσθῆτα*. Ibi ſunt ***veſtes linteae*** a בד linum, uti *οἱ ὁ* vertunt Exod. 28, 42. Gloſſae aliae multae eodem modo explicant.

βάθος] Pro ***magnitudine*** ſimpliciter ſumitur Rom. 11, 33.

βαιθὴλ] Ex Ebr. בית-אל. Suid. *βαιθὴλ. θεῖος ναός.* Ita Graeci Geneſ. 28, 19.

βαΐς] Sic *βαΐα τῶν φοινίκων* Ioh. 12, 13. Unde et ultimum gloſſema quidam legi maluerunt *ἢ βαΐον*. Et Symm. ad Cantic. 7, 8. *ἀναβήσομαι ἐπὶ τῷ φοίνικι κρατήσω τῶν ὕψεων αὐτȣ̃*: Symm. *βαΐων*. Nempe *ὕψεις φοίνικος* ſunt ***rami palmae***. cf. Suicerus in Theſ. v. *βαΐον*.

βὰρ] Ut intelligatur huius gloſſae origo, coniungenda alia eſt Heſych. gloſſa: *ἐφȣ̀δ βάρ. ἱεράτικον ἔνδυμα. τὸ δὲ βάρ. μικρὸν λέγεται.* Hinc patet reſpici ad 1 Sam. 2, 18. ubi eſt אפוד בד i. e. Ephod *linteum*. *οἱ ὁ ἐφȣ̀δ βάδ.* Quare autem Gloſſator legerit *βὰρ*, et deinde hoc explicet *μικρὸν*; duas fere cauſas exiſtimo fuiſſe. Primum

fieri

βαρακινῆσιν. ἀκάνθαις. σκόλοψι.

βαρεῖα χείρ. ἡ μιαιφόνος.

βαρθολομαῖος. υἱὸς κρεμάσαντος ὕδατα.

βάρις.

fieri potuit, ut verſionem Theodotionis ante oculos haberet, qui legit ἐφοὺδ βὰρ καὶ ἐπιδύτην μικρὸν, ut et Cod. Alex. et Ald. vid. Hieronym. in Comment. ad Zachar. Cap. 12. Praeterea Hodius Lib. II. p. 217. ait βὰρ lectum fuiſſe in omnibus libris Vett. et quod Edit. Rom. habeat βὰδ, id editoribus tribuendum eſſe. Aquila etiam, qui ἐπένδυμα ἐξαίρετον vertit, legit בר cum Reſch. Sed unde explicatio μικρὸν? Mihi viſus eſt Gloſſator primum verba Ebraica inſpexiſſe, et ibi legiſſe בר, deinde ad illam Theodotionis verſionem ſe convertens errore oculorum in verba illa incidiſſe, quae illico ſequuntur ἐφοὺδ βὰρ, nempe καὶ ἐπιδύτην μικρὸν. Exiſtimavit ergo graecum interpretem אפוד בר vertiſſe ἐπιδύτην μικρὸν: Unde ſequebatur בר ſ. βὰρ h. l. ſignificare μικρὸν. Ac in Aquilae verſione facilior etiam hic error fuit ei, qui non exacte callebat linguam ebraicam. Hic enim habet: ἐπένδυμα ἐξαίρετον, καὶ διπλοΐδα μικρὰν. Eodem modo poſtea vidi rem explicaſſe Wetſtenium et Albertum ad h. v. ἐφοὺδ βὰρ. Reineſ. ad marg. „Chald. בר *fructum.*“ Idem contulerat Martinus in Etymol. vid. Semlerus in Notit. Lex. Heſych. p. 70.

βαρακινῆσιν] Gloſſa pertinet ad Iud 8, 7. ubi vocem hebr. הברקנים οἱ ὁ vertunt βαρκηνὶμ, quae deinde ab imperito flexa eſt in βαρακινῆσιν, vel ut alii malunt βαρακηνίσιν. Explicationes bene ſe habent. Aquila: ἐν ταῖς τραγακάνθαις. Symm. τριβόλοις. vid. Celſius in Hierobot. qui vertit: *roſam ſylveſtrem.* vid. Pearſonii Praef. paraenet. in Breiting. ed. Vet. Teſt. gr.

βαρεῖα χεὶρ] Kuſterus cenſet fortaſſe reſpici ad Iob. 33, 7. ubi οἱ ὁ· οὐδὲ ἡ χείρ μου βαρεῖα ἔσται ἐπὶ σοί. Certe non valde diſcrepat explicatio Olympiod. ὑποπτεύεις ὅτι πληγὴν ἐπαγάγω σοι, βαρύνων κατὰ σοῦ τὴν ἐμὴν χεῖρα.

βαρθολομαῖος] Ex Ebr. בר *filius* et תלה *ſuſpendit,* et מים *aqua.* Gloſſ. MS. in Matth. 10, 3. habent υἱὸς κρεμάσας ὕδατα. Sic et apud Heſych. legendum videtur.

D

βάρις. πλοῖον. ἢ τεῖχος. ἢ στοά. ἢ πύργος.
βαρούχ. εὐλογημένος.
βαρπύργος. πορθμεῖον. περὶ ἀμφόδων.
βαρυκάρδιοι. ἀσύνετοι, μωροί.
βασὰ. αἰσχύνη. ὅ ἐστι δροῦς.

Βασα-

βάρις] Quidquid ſit, in mente certe habuit gloſſator τοὺς ό, quamvis non facile dixerim, qualem locum reſpexerit potiſſimum. Nempe οἱ ό hebr. ארמנות vel ארמון vertunt modo τοῖχος et πόλεις ut Eſ. 23, 13. et 34, 13. modo βάρεις ut 2 Paral. 36, 19. et Thren. 2, 5. atque adeo πυργοβάρεις Pſalm. 21, 7. In Amoſi 2, 5. eandem vocem Aq. vertit βάρεις. Theod. οἰκήσεις. Comment. Heracl. ad Pſ. 44, 9. in Cat. Patr. βάρις πᾶς πύργος. Hieron. epiſt. 140. „Usque hodie domus ex omni parte concluſae, et in modum aedificatae turrium aut moenium publicorum, βάρεις appellantur.“ Theodot. in Dan. 8, 2. Chald. הבירה vertit: τῇ βάρει. οἱ ό τῇ πόλει. Vulg. *caſtro.*

βαροὺχ] vid. οἱ ό 1 Reg. 25, 32. et ibi Theodoret. T. I. Opp. p. 395.

βαρπύργος] Corruptam hanc gloſſam miſſis aliorum ſententiis, quae magno numero ab Alberto recenſentur, ita corrigendam puto, ut poſt Valkenarium (Animadv. ad Ammon. I, 10. p. 45.) et alios Albertus cenſuit: βάρις. πύργος. πορθμεῖον. περιάμφοδον, vel περιάμφοδος, *aedes, quae circuiri poſſunt.* Huic explicationi favet etiam auctor Periphraſis in Cat. Patr. ad Pſalm. 121, 7. πυργοβάρις καλεῖ τὰς στρογγύλας οἰκήσεις, *aedes rotundas.* Deinde hebr. ארמנות οἱ ό etiam vertunt ἄμφοδα Ierem. 17, 27. ubi Hieronymus notat, LXX interpr. Aquilam et Symmach. βάρεις vertere, vel *turritas domos.*

βαρυκάρδιοι] Ex Pſalm. 4, 3. quem locum et Reineſius margini adſcripſerat. vid. Euſeb. Caeſ. ad h. l. Pſ.

βασὰ. αἰσχύνη] Gloſſa excerpta videtur ex Theodoreto, qui ad Pſalm. 67, 23. habet: ἡ βασὰν δὲ ἑρμηνευομένη τὴν αἰσχύνην δηλοῖ: eodemque modo Athanaſ. T. II. Opp.

Digitized by Google

βασανιςής. ὁ δημόκοινος. —

βασιλέυει. κρατεῖ, ἄρχει.

βδελυροί. μισητοί. κακοί. ἐξȣδενημένοι.

βδελύσσεται. μισεῖ.

βεβαίαν. ἀσάλευτον, μένȣσαν.

D 2 βέβη-

Opp. p. 417. ed. Col. Sed manifeſta eſt in gloſſa illa confuſio hebr. vocum בושה et בשן. Illam et οἱ ὁ vertunt αἰσχύνην ut Mich. 7, 10. Haec erat regio Palaeſtinae multas quercus ferens. Hinc gloſſam omnem velim ſic conſtitui, vel certe intelligi: βασὰ. αἰσχύνη. βασὰν. ȣ̓ ἐςὶ δρῦς. Nam τὸ δρῦς collective poni poſſe, quis neſcit? cf. Zach. 11, 2. ubi ſunt δρύες τῆς βασανίτιδος. et Ieſ. 2, 13. vid. Weſſeling. Probab. Cap. 32. et Baſil. M. in Eſaiae 2. p. 443.

βασανιςὴς] cf. Matth. 18, 34.

βασιλέυει] Non temere ſuſpicatus eſt Albertus cum Pricaeo, ad locum Matth. 2, 22. reſpici. Voluit enim fortaſſe gloſſator indicare βασιλέυειν non eſſe eo loco idem quod βασιλέα εἶναι, quia Archelaus non erat Rex proprie ſic dictus, ſed Tetrarcha, i. e. dominus provinciae Iudaicae, ὁ ἄρχων. vid. Elſnerus ad h. l.

βδελυροὶ] βδελυκτοὶ legendum eſſe, perſuadet mihi locus, ad quem pertinet ſine dubio gloſſa, quia ex eodem ultima explicatio depromta eſt. Is legitur 2 Macc. 1, 27. τȣ̀ς ἐξȣδενημένȣς καὶ βδελυκτȣ̀ς ἔπιδε. cf. Proverb. 17, 15. et Ep. ad Tit. 1, 16.

βδελύσσεται] Ex Pſalm. 5, 7. ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται κύριος. Gloſſae in Pſ. βδελύσσεται. ἀποςρέφεται, quae excerpta videtur ex variis Interpp. illius loci. Nam quod ibi οἱ ὁ habent βδελύσσεται, alius interpres ignotus vertit: ἀποςρέφεται. In Pſalm. 119, 163. utrumque ut ſynonymon ponitur.

βεβαίαν] Tria ſunt loca N. T. ad quorum unum vel alterum forte reſpexit gloſſator: Rom. 4, 16. Hebr. 6, 19. 2 Petr. 1, 10. μένȣσαν i. e. *firmiter durantem*, ut μένειν non in uno loco N. T. ſignificat.

Digitized by Google

βέβηλον. τὸ μὴ ἱερὸν. καὶ ἄθεον. καὶ ἀβέβηλον.
βεελφεγὼρ. εἴδωλον.
βεζὲκ. ἀστραπή τις. Ἰεζεκιήλ.
βελίαρ. δράκων.

βὴρ.

βέβηλον] cf. Theodoret. ad 1 Reg. 21, 5. Tom. I. Opp. p. 388. quem etiam locum ſuſpicor fontem eſſe huius gloſſae. In N. T. iunguntur βέβηλοι et ἀνόσιοι et πόρνοι. cf. 1 Tim. 1, 9. Hebr. 12, 16. Quae in fine gloſſae ponuntur καὶ ἀβέβηλον, cave putes explicationem eſſe: nam eſſet fere contraria. Adiecta potius ſunt ſimpliciter et ſine explicatione, more gloſſatorum, quae facile ex prioribus ſuppleri poſſunt. vid. quae de huiusmodi gloſſis diſputavit B. Erneſti de uſu Gloſſar. p. 27. Canon. octavo. Sic et Suicer. in Theſ. Eccleſ. in v. βέβηλος.

βεελφεγὼρ] Tradit gloſſa, non quid ſecundum etymologiam vox notet, ſed praecavet, ne quis eam pro nomine proprio hominis habeat. Etymologiam, ſi quis hanc deſideret, docet Philo, qui libr. de Confuſ. linguarum p. 413. explicat: δερματινὸν ὄγκον et alio modo Libr. de mutat. Nom. p. 595. ἀνωτέρω στόμα δέρματος a בעל *ſuperne*, פה *os*, et עור *pellis*. Caeterum reſpicitur ad τοὺς ό, qui illud nomen graece retinent, ut Numer. 25, 3. Hoſ. 9, 10. — Origenes Homil. XX. ad Numer. Tom. II. Opp. p. 348 ait: „*Beelphegor* idoli nomen eſt, quod apud Midianitas praecipue a mulieribus colitur.“ Et Euſebius Caeſ. ad Eſ. 25, 12. βεελφεγὼρ, τὸ τῶν Μωαβιτῶν εἴδωλον. Plura habet Etym. M.

βεζὲκ] Reſpicit graecos interpp. Ezech. 1, 14. ubi verba hebr. כמראה הבזק Theodot. vertit: ὡς εἶδος τοῦ βεζέκ. ſed Symmachus: ὡς εἶδος ἀκτῖνος ἀστραπῆς. Aquila ὡς εἶδος ἀπορροίας ἢ ἀστραπῆς. Scholion anonymum: τὸ βεζὲκ, ἀστραπὴν σημαίνει. cf. Montefalc. ad Hexapl. Orig. in loco Ezech.

βελίαρ] Veri ſimile eſt gloſſam pertinere ad 2 Cor. 6, 15. ubi eſt: τίς συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαλ, pro quo in aliis Codd. N. T. βελίαρ legitur, quod et recepit Millius. vid. Wetſten. ad h. l. Eodem modo Clemens Alex.

Strom.

Digitized by Google

βὴρ. τὸ Φρέαρ. Σύροι.

Βηρσαβεέ. μήτηρ Σολομῶντος. καὶ τόπος περὶ τὴν ὀρεινὴν τῆς Παλαιςίνης.

βίκος. ςάμνος ὦτα ἔχων.

βόλβιτα. ἀφόδευμα βοὸς.

βολίδες. ἀκόντια. λογχάρια.

D 3 βολὶς.

Strom. III. p. 539. ed. Pott. et Baſil. M. de Baptiſmo Lib. I. Tom. I. Opp. p. 639. — δράκων vero διάβολον ſignificat, ut ſaepe eſt in Apocal. Ioh. ut 20, 3. ubi illud explicatur διάβολος et σατανᾶς. vid. Druſ. ad Eph. 4, 27. et ad 2 Cor. l. c. Syrus quoque habet *Satanas*. Cyrill. Al. in Numeros p. 409. ὁ δράκων καὶ ἀποςάτης, τῦτ' ἔςι ὁ σατανᾶς. cf. Suicerus in Theſ.

βὴρ] Ex hebr. באר Syr. בר *puteus* Φρέαρ. cf. Geneſ. 21, 31. et Num. 21, 16. 17.

βηρσαβεέ] Quia Bathſaba, non Berſaba fuit mater Salomonis, hebr. בת־שבע 2 Sam. 11, 3. et 12, 24. 1 Reg. 1, 11. Heinſius putabat gloſſatorem temere confudiſſe cum באר־שבע. Sed οἱ ὁ in illis locis non vertunt βηθσαβεέ, ut Symm. et Theod. et Alex. Cod. verum potius βηρσαβεέ. Unde fons eſt gloſſae. Sic et in Pſalm. 50, 2.

βίκος] Videtur gloſſator τὺς ὁ in mente habuiſſe, et quidem locum Ierem. 19, 1. ubi בקבק vertitur βίκος, et idem verbum hebr. 1 Reg. 14, 3. ςάμνος, qui locus τῶν ὁ in Vulg. editt. omiſſus legitur in Cod. Alex. Ald. et Complut.

βόλβιτα] Ezech. 4, 15. βόλβιτα βοῶν. Vulg. *fimus boum*. et Sophon. 1, 17.

βολίδες] Forte reſpexit ad Pſalm. 54, 22. ubi Ebr. פתחות vertunt βολίδες, quanquam illud proprie de *ſtricto gladio* dicitur, cuius *os* quaſi *apertum* eſt: nam gladio os tribuunt, unde לפי חרב. Interpr. ad h. l. in Catena Patr. βολίδας, inquit, καλεῖ τὰ βέλη. Pro iaculo et miſſili ponitur Nehem. 4, 17. ubi eſt hebr. שלח quod alibi βέλος vertitur,

βολὶς. βέλος. λόγχη. ἀκόντιον.

βοῤῥᾶς. ἄνεμος ψυχρὸς, καὶ παγώδης, καὶ σκληρὸς, τροπικῶς καλούμενος διάβολος; ὁ παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι ἐπιδέξιος.

βουκόλεα. ἀγέλη βοῶν.

βούτομον. φυτὸν βουσὶ διδόμενον τροφὴν, οἷον χόρτον.

βραβευέτω. μεσιτευέτω. μηνυσάτω. ἰθυνέσθω.

βραθὺ. πόα τὶς θεοῖς θυομένη.

βραχεῖς.

βολὶς] Sic Zach. 9, 14. hebr. חץ *ſagitta*. et Exod. 19, 13. *βολίδι κατατοξευθήσεται*, quae eadem verba ſunt in Ep. ad Hebr. 12, 20. ex illo loco. — Pſalm. 54, 22. ubi Aquila *λόγχαι*.

βοῤῥᾶς] Obſcuriſſima gloſſa, ſimilis obſcurae verſioni *τῶν ο* in Proverb. 27, 16. ad quam ſine dubio alludit gloſſator. In hebr. ſunt longe alia: In graecis haec: *βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται*. Nempe legerunt pro צפניה potius צפון *boreas*. Sequentia שמן ימינו יקרא ſic: ושם ימיני יקרא. Alia gloſſa Heſychii ſimilis haec eſt: *βοῤῥᾶς, ἄνεμος ψυχρὸς, παγώδης καὶ σκληρὸς, ὃς τροπολογούμενος σκαιὸς καὶ ἀπόπεμπτος λέγεται ὃς σημαίνει τὸν διάβολον, περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν ἐπιδέξιος.* Sumta haec ſunt ſine dubio ex graeco theologo quodam, qui allegorias quaeſivit in loco Proverbiorum. vid. Baſil. in Eſ. 14. p. 267. ſ. 599.

βουκόλεα] Bielius cenſebat legendum *βουκόλια* ex 1 Reg. 14, 32. *ἔλαβεν ὁ λαὸς ποίμνια καὶ βουκόλια*.

βούτομον] Vox *τῶν ο*. cf. Iob. 8, 11. 40, 21. In priori loco eſt אחו vid. v. *ἄχι*. In poſteriori eſt בצה i. e. *lutoſus, paluſtris locus:* quae vox vertitur ab Alex. falſo *βούτομον*, cum potius ſit locus, in quo gramen illud naſcitur. Caeteri interpp. gr. vertunt *κάθυγρον*.

βραβευέτω] Ex Coloſſ. 3, 15. vid. Suiceri Theſ.

βραθὺ] Non credo auctorem gloſſae ad libros ſacros reſpexiſſe, ſed iis, quae de hac voce Heſych. interpretes diſpu-

βραχεῖς. ὀλίγοι.

βραχὺ. ἀντὶ τȣ͂, ȣ̓δὲν. ὀλίγον, μικρὸν.

βρίθει. βαρύνει.

βρόμος. ὀσμή.

βρωτὸν. βρώσιμον.

βύσσινον. πορφυρȣ͂ν.

D 4 βυώσης,

diſputarunt, addo Symmachum ad Eſaiae 55, 13. hebr. ברוש vertiſſe *βραθὺ*, notante Euſebio ad h. l. *οἱ ό* ibi *κυπάρισσος.* Plura congeſſit de hac voce Bielius in Theſ. phil.

βραχεῖς] Sic in Pſalm. 104, 12. Iob. 3, 1. verſ. Aq.

βραχὺ] 1 Sam. 14, 43. *βραχὺ μέλιτος*, ubi edit. Compl. *μικρὸν μέλιτος.* Et ſaepe in N. T. Ioh. 6, 7. Luc. 22, 58. Act. 5, 34. 27, 28. Hebr. 2, 7.

βρίθει] Non dubitavi *βαρύνει* reponere pro vulg. *θαῤῥύνει*, ex auctoritate Abreſchii in Miſcell. Obſ. V, 3. p. 82. et Mangei ad Philon. de Plant. Noe. p. 330. Videtur gloſſa pertinere ad Sap. Sal. 9, 15. ubi in membris parallelis permutantur *βαρύνει* et *βρίθει.* Heſychius etiam *βριθοσύνη. βάρος.* et *ἐπιβρίθων. ἐπιβαρῶν.*

βρόμος] *ὀσμὴ* i. e. *δυσωδία* ut Ieſ. 34, 3. *οἱ ό ὀσμήν.* Symm. *δυσωδίαν* habet. Sed huc pertinet Iob. 6, 7. *βρόμον ὁρῶ τὰ σῖτά μȣ, ὥσπερ ὀσμὴν λεόντος*, ubi explicatur per *ὀσμὴν.* et Ioel. 2, 20. ubi permutatur cum *σαπρία* et dicitur de foetore, quem locuſtae mortuae exhalaturae ſint. Theodoret. *βρῶμον τὴν μετὰ τὸν θάνατον δυσωδίαν ἐκάλεσεν.* Alii in h. l. monente Trommio in Concord. gr. legerunt *ὁ βρύος αὐτȣ͂.* Heſych. *βρυῶδες, δυσῶδες.*

βρωτὸν] Sic eſt Iob. 33, 20. *πᾶν δὲ βρωτὸν σίτȣ.* Et Geneſ. 14, 11. pro *βρώματα* in aliis legitur *βρωτά.*

βύσσινον] Vox haec ſaepe occurrit in Verſ. Alex. ut et *βύσσος* inprimis in Exodi 25. quae tamen a porphyra diſtinguitur Proverb. 31, 22. *ἐκ τε βύσσȣ καὶ πορφύρας ἑαυτῇ ἐνδύματα*, ut et Lucae 16, 19. *ὁ πλȣ́σιος ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον.* Alia etiam eſt Heſych. gloſſa; *βύσσινα. πορφυρᾶ.* cf. Ezech. 16, 13. Eſ. 3, 21.

Digitized by Google

βυώσης. πληρέσης. καλυπτέσης. κωφωθείσης.

Γ.

γαβαθὸν. τρυβλίον.

γάγγραινα. καρκῖνος, πολυδιάχυτον ἐν τῷ σώματι πάθος.

γαζοφυλάκιον. θησαυροφυλάκιον. βαλάντιον. σκευοφυλάκιον.

γαισός.

βυώσης] Ex ſimili gloſſa in Pſalmos: βυέσης. καλυπτέσης, patet gloſſam pertinere ad Pſalm. 58, 4. ubi eſt de quodam ſerpentum genere, quod dicitur incantationibus reſiſtere poſſe. Unde aures obdurare dicitur, ut quaſi non audiat incantationes: τῦ ὄφεως — βυέσης τὰ ὦτα αὐτῆς etc. Nam quas addit explicationes, tantum *auribus* conveniunt, quae ex illo loco ſupplendae ſunt. Unde et in ſequenti gloſſa eſt: βύων τὰ ὦτα. ἐπιφράττει. ubi appoſuit τὰ ὦτα ut intelligeretur quomodo βύειν notare poſſet ἐπιφράττειν. Fortaſſe vero in hac gloſſa adpoſita vox τὰ ὦτα ab aliquo ſciolo, qui eam accommodare voluerit Pſalmo 58, 4. Quodſi enim legatur βύων. ἐπιφράττων, pertinebit gloſſa ad Proverb. 17, 28. ubi Aq. et Theod. verba Ebr. vertunt βύων τὰ χείλη αὐτῦ, alius: φιμῶν. Ergo potius χείλη quam ὦτα ſupplendum erat. Niſi legendum: βύει τὰ ὦτα. ἐπιφράττει, quae verba ſunt Didymi ad locum Pſalmi laudatum.

γαβαθὸν] Eius quoque vocis veſtigia ſunt in lingua hebr. Valkenarius in Gloſſ. Sacr. ex Heſych. confert hebr. גביע quod ab τοῖς ὁ κεράμιον redditur Ierem. 35, 5. Rectius tamen ait deduci poſſe a גבה *altus, excelſus fuit*, unde in Lex. Origen. ed. Mart. ſit γαβαθὸν. ὑψηλά. Sed ego quidem mihi videor inveniſſe veſtigia expreſſiora in voce hebr. הכפות 1 Reg. 7, 50. quam οἱ ό vertunt τρυβλία.

γάγγραινα] Vox occurrit 2 Timoth. 2, 17.

γαζοφυλάκιον] Priori ſignificatione eſt Eſther. 3, 9. et Ev. Ioh. 8, 20. Poſteriori exſtat ſaepe in Nehemia, praeſertim Cap. 13, 5. et ſeqq. inter cuius ſuppellectilia etiam τὰ σκεύη numerantur.

Digitized by Google

γαισός. ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον. ἢ ὅπλον ἀμυντήριον.
γαιών. ποταμὸς. παρ᾽ Ἕλλησι, Νεῖλος.
γάλλιμον. κεκριωμένον. ἤγουν κριῶ κριῶν.

γαισὸς] Non poteſt evinci gloſſam non niſi ad Scr. ſacram pertinere. Nam vox etiam in aliis ſcriptoribus legitur, uti docuerunt interpretes ad Heſ. Tamen mihi liceat notare legi eandem etiam in verſione gr. Ioſuae 8, 18. et Iudith. 9, 7. In priori loco eſt ἐν τῷ γαισῷ. Symm. τῇ ἀσπίδι. al. τῷ δόρατι. Et ibi Procopius pergit: οἱ δὲ, ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον. Incertus interpr. ad eundem locum hanc explicationem laudat ex Diogeniano Lexicographo. vid. Caten. Niceph. in Octateuch. T. II. p. 54. Suidas: γαῖσα καὶ γαισὸς. κόντος. εἶδος ἀμυντηρίου, οἷον δόρατος. De hac voce erudite et prolixe Hodius egit Lib. II. de textu orig. Verſſ. Gr. LXX. p. 178. ſeqq.

γαιὼν] οἱ ό Ierem. 2, 18. vertunt hebr. שִׁחוֹר i. e. Nilus (γηῶν et Sirach. 24, 27. eſt γηὼν). Geneſ. 2, 13. flumen בגיחון vertitur γεών. Euſeb. de loc. hebr. γαιὼν, ὁ παρ᾽ Αἰγυπτίοις Νεῖλος ἐκ Παραδείσου μὲν προϊὼν, κυκλῶν δὲ πᾶσαν γῆν Αἰθιοπίας. Quae verba pertinent ad locum Geneſeos laud. ubi eſt: καὶ ὄνομα τῷ ποταμῷ τῷ δευτέρῳ γεὼν (forte legit Euſeb. in Cod. ſuo γαιὼν, ut et edidit Niceph. in Cat. Octat. T. I. p. 71.) οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας. ubi vid. Severian. in Cat. l. c.

γάλλιμον] Longum ſane eſt repetere, quae viri docti ad gloſſam ſanandam attulerunt. Ergo quo res redeat, et quid pro certo dici poſſit, miſſis incertis declarabo. Vox γάλλιμον facta eſt ſive ex אגלים ſive ex אֵלִים, quae leguntur Eſ. 15, 8. ubi οἱ ό ἀγαλεὶμ et αἰλεὶμ vertunt, addita terminatione graeca ον. Deinde explicationes ſunt plane etymologicae, nituntur que ſignificationibus vocum איל ſ. אגל ſ. אל *fortis, aries, caper.* Et prior quidem eſt ex Baſil. M. Comment. ad h. l. Eſ. ubi τὸ ὅριον, ait, τῆς μωαβίτιδος Γαλλὶμ ὠνόμασαι. ὅμως ἑρμηνεύεται κεκριωμένον, ἐπώνυμον τῷ ἡγεμονικῷ ζώῳ. Haec certa ſunt, nec ulterius quaerenda. Sed quid iſtud κριῶ κριῶν? Quicquid interpretes de his verbis dixerunt, non ſatis conve-

γαλαάδ. παλαιῶν ὄνομα. ἡ μέτοχος.

γαλαλά. πόλις (ἔνθα) ἔθυον.

γάνος.

convenit. Nam nec ineſſe poteſt explicatio praecedentis gloſſematis, nec veri ſimilia ſunt, quae Weſſelingius ſubſtituit ἤγεν κριῷ ἐπώνυμον, quia nimis abhorrent a verbis. Facilius ferrem, ſi correxiſſet: ἤγεν κριῶν κύριον, ex ipſo illo loco Baſilii. Dicam igitur, quod mihi reperire contigit. Nempe in loco Eſ. eſt באר אלים Φρέαρ τῦ Αἰλεὶμ, quod Bonfrerius ad Euſeb. Onomaſt. p. 9. vertit *puteum fortium* vel *arietum*. Itaque cum aliquis vellet monſtrare ulterius reſpici ad illa verba Eſaiae, quid convenientius eſt, quam eum ſcripſiſſe: ἤγεν κρήνη κριῶν, nempe eſt ille puteus, vel fons arietum, Elim.

γαλαὰδ] Haec cum aliis Alberto placuit ita corrigere: γαλαὰδ. πόλεως ὄνομα, ἡ μέτοικος ut in priori expl. reſpiceretur urbs γαλαὰδ Hoſ. 6, 8. γαλαὰδ πόλις ἐργαζομένη μάταια. Sic et in Gloſſ. ad Proph. γαλαὰδ, πόλεως ὄνομα. cf. τὲς ὁ in Hoſ. 12, 11. Τὸ μέτοικος vero vult derivari ab hebr. גלה *migravit, abductus fuit*, quod cum עד vel עדה coniunxerit gloſſator. Sic et Philo Lib. II. Leg. Allegor. p. 64. et ad Cant. Cap. 4. pag. 102. γαλαὰδ ἑρμηνεύεται μετοικία μαρτυρίας, pro quo Cyrill. Al. in Mich. διαθήκης μετάθεσις. Idem Didymus in Caten. Patr. Gr. ad h. l. γαλαὰδ, μετοικισμὸς, quae forte verior lectio eſt illa μέτοικος, et ex ipſo Didymo deſcripta. Sic et hebr. גלה vertunt οἱ ὁ μετοικεσίαν 2 Reg. 24, 16. 1 Paral. 5, 22. et גלות Abad. v. 20. Nah. 3, 10. In loco Abadiae ante vocem גלת praecedit ipſa vox הגלעד quae in edit. Compl. vertitur γαλαάδ. Ergo in promtu eſt Gloſſatorem has voces confudiſſe, ſive errore oculorum, ſive memoriae fallacia, ſive quod conſueverit verborum diverſorum, forma tamen ſimilium, diverſas explicationes ponere, ita tamen ut ex illis diverſis verbis unum tantum poneret, alterum taceret. Cuius moris iam aliquot exempla deprehendiſſe mihi contigit et in ſequentibus forte ſaepius continget.

γαλαλὰ] Non ſine veri ſpecie Albertus corrigendum cenſet γάλγαλα etc. Videtur enim gloſſa ſumta eſſe ex Hoſ. 4, 5. ad quem locum Theodoret. γάλγαλα δὲ πόλις

ἦν

γάνος. παράδεισος.
γαυριᾷ. σεμνύνεται. χαίρει.
γαυρίαμα. καύχημα. ἔπαρμα. φρύαγμα.
γέβους. ζυγά.

γεῖσον.

ἦν εἰδώλοις ἀνακειμένη πολλοῖς. vel Cap. 9, 15. coll. Amoſi 4, 4. Et ipſa explicatio expreſſa eſſe videtur ex contextu illorum locorum. Ibi enim cum contra eos declamaſſet propheta, qui Diis falſis ſacrificia offerrent, pergit Cap. 4, 15. his verbis: σὺ δὲ, Ἰσραὴλ, μὴ ἀγνόει, καὶ Ἰούδα μὴ εἰσπορεύεσθε εἰς γάλγαλα. Nam Galgala erat urbs, ἔνθα ἔθυον idolis. Unde et in alio MSto Gloſſarii Bieliani legitur ſic: γάλγαλα. πόλις ἔνθα ἔθυον τοῖς δαίμοσιν. Conf. Hoſ. 12, 11. ubi ſunt οἱ ἄρχοντες ἐν γαλγάλοις θυσιάζοντες. Ad quem locum Cyrillus Alex. γαλγὰλ πόλις ἐστὶ τῶν Ἰορδάνου πέραν, ἐν ᾗ τοῖς τῆς εἰδωλολατρείας προσέκειντο μολυσμοῖς. Poteſt tamen Gloſſa etiam reſpicere 1 Sam. 11, 15. vel 15, 21. ubi γάλγαλα nominatur, additis ſacrificiis, quae ibi oblata Deo fuerint, ſed bono ſenſu.

γάνος] Ex hebr. גן quae vox ſemper παράδεισος vertitur. cf. Geneſ. 2, 8. Huic graeculus aliquis graecam formam dedit. Unde gloſſator eam hauſit.

γαυριᾷ] Sic Iob. 39, 23. Aliter tamen ibi Schultenſ. et verſ. 21.

γαυρίαμα] Aliquoties occurrit hoc ſenſu in Verſ. Gr. Sirach. 43, 1. 47, 4. Ierem. 31, 2. ubi eſt hebr. תהלה et οἱ ὁ ibi: οὐκ ἔστιν ἔτι ἰατρεία Μωὰβ, γαυρίαμα. Complut. rectius: οὐκ ἔστιν ἔτι γαυρίαμα Μωὰβ. Eſ. 62, 7. — Iudith. 15, 9. voces ὕψωμα, γαυρίαμα, et καύχημα permutantur.

γέβους] Albertus confert hebr. עבות pro quo οἱ ὁ ζυγόν. Iob. 39, 10. Pſalm. 2, 3. Eſ. 5, 18. quia Graeci ſoleant ע in γ mutare, ut in *Gomorrha*. Mihi venit in mentem vox כפיס, quae occurrit Habac. 2, 11. et ab omnibus graecis, praeter τοὺς ὁ vertitur συνδεσμὸς, *colligatio*, quod ſatis convenit cum ζυγῷ. Forte ſumta eſt gloſſa ex aliquo interprete Habacuci, qui verba כפיס מעץ verterat ζυγὰ τῶν

γεῖσον. ςεφάνωμα οἴκȣ.

γείωρας. γείτονας ἐξ ἄλλȣ γένȣς καλȣμένȣς τῷ Ἰσραὴλ, προσηλύτȣς.

γελῶ.

τῶν ξύλων, pro συνδεσμὸς ξύλων. vid. Grot. ad h. l. Lucem etiam poſtea affudit Hieronymus, qui in Commentar. in Habac. docet כפים ſignificare lignum quod eſt inter iuncturas aedificiorum, et quo parietes coniunguntur. Plane ſic apud Homerum in aliquot locis τὰ ζυγὰ dicuntur *ligna tranſverſa*, quibus latera navis iunguntur. vid. exempla in Dammii Lex. Homer. Fuſe etiam de hac voce diſputat Bochartus Hieroz. P. II. Lib. IV. Cap. 24. pag. 612. — — Niſi forte confudit cum χάβωρ vel χεβρὼν, quod veteres deduxerunt a חבר *coniunxit*. Hinc Philo Tom. I. p. 194. χεβρὼν καλεῖται συζυγή. Ignotus interpr. in Cat. Niceph. ad Geneſ. 14. p. 194. χεβρὼν, ζυγὴ, ἡ ἑταιρία. et Lex. Gr. apud Hieron. χάβωρ. σύζευξις. Eſt et nomen urbis Hieroſol. Ἰεβȣ̀ς, quod Origenes Comment. in Ierem. p. 130. explic. πεπατημένη.

γεῖσον] Apud τȣ̀ς ό dicitur τὸ γεῖσος eodem ſenſu. Ierem. 52, 22. et Ezech. 43, 17. καὶ τὸ γεῖσος αὐτῷ κυκλόθεν κυκλȣ́μενον etc. Symm. ἡ περιδρομή. Hieronym. Et *corona* in circuitu eius etc. Ebr. כתרת coronamentum.

γείωρας] Pertinet gloſſa ad τȣ̀ς ό qui hac voce vertunt hebr. גר ex quo, vel potius ex Syr. Chald. גיורא vox graeca γειώρας orta videtur. cf. Syr. ad Matth. 23, 15. et Act. 2, 10. Sic Eſ. 14, 1. ὁ γειώρας προςεθήσεται πρὸς αὐτȣ̀ς; ad quem locum Euſebius: ἀντὶ τȣ̃ ὁ γειώρας, οἱ λοιποὶ ἑρμηνεύται ὁ προσήλυτος ἡρμήνευσαν — et idem Theodoret. ad h. l. Eodem modo Symm. Theodot. et Procop. Porro Exod. 12, 19. ἔν τε τοῖς γειώραις, ubi MS. Oxon. προσηλύτοις, et Theodoret. γειώραν τὸν προσήλυτον προσηγόρευσε. Item Exod. 2, 22. ex quo loco Philo de confuſ. lingu. p. 417. γειώρας εἰμὶ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, cum tamen in graeca verſione ſit πάροικος, quo modo in Lex. Orig. explicatur vox. Alibi οἱ ό vertunt vocem hebr. προσήλυτον ut Pſalm. 146, 9. et גרי γείτονας. Iob. 19, 15.

γελλώ. δαίμων, ἣν γυναῖκες τὰ νεογνὰ παιδία φασὶν ἁρπάζειν.

γένη. διαφορά.

γεννισαρέτ. πατρὶς ἀρχόντων.

γέρας. ἆθλον ἀρετῆς. δωρεά.

γερουσία. πρεσβυτέριον. πλῆθος γερόντων.

γεῦμα. γεῦσις. ἔδεσμα.

γεῦσαι.

γελλὼ] Leve veſtigium huius vocis Heinſius in lingua Syr. inveniſſe ſibi videbatur. Nam quod Matth. 14, 26. τὸ φάντασμα Syrus vertit רגלא חזיא derivat a גלא ut ſit *viſum ſpectri.* vid. Suid.

γένη] Albertus ſuſpicatur διαφοραί, ut reſpiciatur ad 1 Cor. 12, 10. γένη γλωσσῶν. Sed ſalvum eſſe poteſt διαφορά. Sic eodem loco etiam dicuntur διακρίσεις πνευμάτων et ἑρμηνεία γλωσσῶν. Oecumenius quoque in h. l. meminit τῆς διαφορᾶς τῶν χαρισμάτων.

γεννισαρὲτ] Secundum Etymologiam eſt *hortus principum*, גני שרים. Unde Gloſſ. Albert. in N. T. κῆποι ἀρχόντων. Ergo ſive gloſſator exiſtimavit compoſitam vocem eſſe ex gr. γεννᾷν et hebr. שרים, ſive, quod veriſimilius eſt, ex Hieronymo ducta gloſſa eſt, qui explicat *ortus principium*, pro quo Druſius et Martianaeus legi volunt *hortus principum.* Certe *ortus* pro *hortus* et *principium* pro *principum* dixere veteres, ut Livius, *civitatium, voluptatium.* Tamen Huetius in not. ad Orig. Comment. p. 34. legit: *ortus principum*, ex Chald. גנז et שרים.

γέρας] Num. 18, 8. σοὶ δέδωκα αὐτὰ εἰς γέρας. Prior explicatio convenit loco Sapient. 2, 22. ubi eſt γέρας ψυχῶν ἀμώμων, i. e. *praemium innocentiae*, ſ. virtutis, quod proxime antea dicitur μισθὸς ὁσιότητος.

γερουσία] Sic ſaepe apud τοὺς ό et Act. 5, 21. ubi iungitur τῷ συνεδρίῳ.

γεῦμα] Numer. 11, 8. Exod. 16, 31.

Digitized by Google

γεύσασθαι. πειράσαι. ἅψασθαι.

γηγενεῖς. ἄνδρες. γυναῖκες.

γηγενῶν. τῶν τὰ γήϊνα ἐργαζομένων; καὶ ἁμαρτανόντων. κατὰ κοινὸν δὲ, καὶ πάντες ἄνθρωποι νοῦνται γηγενεῖς· καθὸ τὴν ὑπόστασιν ἐπὶ γῆς ἔχουσι.

γίγας.

γεύσασθαι] *ſumere, capere* ſcil. *cibum*, quod et ſupplendum eſt Actor. 10, 10. οὐκ ἤθελε γεύσασθαι. Eodem modo 2 Macc. 6, 20. ὧν οὐ θέμις γεύσασθαι, quae edere, tangere, capere, nefas eſt. Nec aliter ἅψασθαι dicitur. vid. Proverb. 9, 17. et Weſſeling ad Herodot. IV, 186. p. 365. In aliis multis locis τῶν ὁ fere ſemper verbo γεύεσθαι iungitur ἄρτος vel βρῶσις. Forte etiam τὸ πειράσαι ita dictum fuit, uti apud nos: *verſuchen*, de cibis. Caeterum Hebr. 6, 4. οἱ γευσάμενοι τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, ſunt, qui *experti ſunt*, vel experientia cognoverunt doctrinae divinae effectus. Pſalm. 33, 8. γεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος Theodoret. expl. τῇ πείρᾳ μάθετε. Apud graecos etiam profanos τὸ γεύεσθαι idem eſt quod *periculum facere*. Ita Sophocl. Trachin. v. 1108. ἄλλων τε μόχθων — ἐγευσάμην, ubi Scholiaſt. ἐπειράθην, πεῖραν ἔσχον.

γηγενεῖς] Indicatur dici pro omnibus hominibus omnis ſexus, ut et in voce γηγενῶν ait: κατὰ κοινὸν δὲ καὶ πάντες ἄνθρωποι νοῦνται. Reſpicit ad τοὺς ὁ qui hebr. בני אדם vertunt γηγενεῖς. cf. Pſ. 48, 20. Ierem. 32, 20.

γηγενῶν] τὰ γήϊνα ſunt τὰ ἐπίγεια ſenſu theologico, *res vanae, malae*. Unde addit ἁμαρτανόντων. Gloſſae in Pſalmos: γηγενεῖς. οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες. quae gloſſa eſt Baſilii ad Pſalm. 48, 3. in T. I. Cat. Patr. hebr. רפאים quam vocem tum γίγαντες, tum γηγενεῖς vertunt οἱ ὁ. Prov. 11, 18. et 9, 18. ubi Aq. et Symm. θεομάχοι. In quibus locis tamen Schultenſius vertit: *orcinos*, ſ. *manes damnatorum*, uti fuſius docet ad Iobi 26, 5. eo verbo partim manes orco clauſos, partim profligatiſſime improbos, orco veluti addictos ſignificari. Deinde Eſaiae 26, 19. vertunt οἱ ὁ ἀσεβεῖς. γῆ τῶν ἀσεβῶν πεσεῖται, quae

verba

Digitized by Google

γίγας. δυνάστης. ἰσχυρός.

γλεῦκος. τὸ ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς, πρὶν πατηθῆ.

γλυκύς. ἡδύς.

γλῶσσαι. φωναί.

γλώσσας. — τὰς λαλιάς.

γλωσσόκομον. θήκη.

γνόφος.

verba Theodoret. ita explicat: τὸ γήϊνον αὐτῶν καταλύεται φρόνημα. Unde ſine dubio gloſſa illa facta eſt. Porro Proverb. 21, 16. ubi οἱ ό γίγαντες vertunt, manifeſte de *improbis* ſermo eſt; qui proxime antea dicuntur κακȣργοί. Sic et Schol. Ariſtoph. Nub. 851. γηγενεῖς reddit ἀσεβεῖς καὶ θεομάχȣς: et Theodoret. Quaeſt. in Geneſ. 6. ait, quosdam ſub gigantibus intelligere τȣ̀ς θεομισεῖς καὶ ἀντιθέȣς ἀνθρώπȣς. cf. Euſeb. Comment. in Eſ. 13, 3. et Gennad. ad Gen. 6, 5. in Cat. Octat. T. I. p. 132.

γίγας] Sic οἱ ό vertunt hebr. גבור. Geneſ. 10, 8. 9. ubi Nimrodus ſic vocatur, et ibi Scholiaſt. βίαιος, quam verſionem Druſius cenſet Symmachi eſſe, qui et Geneſ. 6, 4. נפילים vertit βιαίȣς. cf. Pſ. 18, 6. Eſaiae 13, 3. ubi Aq. et Symm. δυνατȣ́ς. Huc et pertinet ſequens apud Heſychium gloſſa γίγαντος, μεγάλȣ. ἰσχυρȣ̃. ὑπερφυȣ̃ς; forte ex Eſaiae 49, 24. ubi aliud MStum δυνατȣ̃. Reineſius ad marginem Heſ. ſcite notaverat Pſalm. 33, 16. cf. Cel. Scharfenberg. Animadverſ. ad Montefalc. p. 5. et 9.

γλεῦκος] Vox occurrit Iob. 32, 19. ubi eſt ἀσκὸς γλεύκȣς. Symm. οἶνος νέος ἀδιάπνευστος.

γλυκὺς] Eccleſ. 5, 11. γλυκὺς ὕπνος τȣ̃ δȣ́λȣ, quem locum Bielius adſcripſerat. Sed ego non retulerim ad gloſſas ſacras.

γλώσσας] Hoc ſenſu ſaepe vox in Nov. Teſt. exſtat, inprimis 1 Cor. 14. et Cap. 13, 1. et alibi.

γλωσσόκομον] 2 Paral. 24. et Ioh. 12, 6. 13, 29. Lex. Cyrill. ined. γλωσσόκ. βαλάντιον. ἢ ξυλίνη θήκη. Et in

Catena

Digitized by Google

γνόφος. συνέφεια. δῖνος. ἄνεμος. ἀχλὺς. σκοτομηνία.

γνώμην δίδωμι. συμβȣλεύομαι.

γοιαυτῶ. φάρυξ.

γόνατα. τὸ ὄριον. φοίνικες.

γόμοῤῥα.

Catena Euthym. Zigab. ad Matth. 26. γλωσσόκομον δὲ ἦν βαλάντιον, ἐν ᾧ τὰ προσαγόμενα χάριν τῶν πενήτων ἐναπεθησαυρίζετο.

εἰσφορὰ] cf. Exod. 30, 13. 14. 15. 16.

Digitized by Google

ἐκαλαμήσαντο. ἀπεθέρισαν ἐκ τῆς τȣ͂ σπόρȣ καλάμης.

ἐκβρασμὸς. ἔκζεσις. ταραχὴ, θόρυβος, ταραγμὸς.

ἔκγονα. τέκνα τέκνων.

ἔκδηλος. φανερὸς. ἢ ὑπερέχων.

ἐκδίκησις. ἀνταπόδοσις.

ἐκδοχή. προσδοκία.

ἐκδύνει. ἐξέρχεται.

ἐκεῖ. μακρὰν, πόῤῥω.

ἐκενώθησαν. ἐρημώθησαν. μετεβλήθησαν.

ἐκένω-

ἐκαλαμήσαντο] Iudic. 20, 45. proprie *racemarunt*, quod ibi eſt ſine tropo: *ſingulos deinceps*, *quaſi falce metentes interfecerunt*. Ergo gloſſa non ſenſum proprium, ſed unde metaphora ſumta ſit, explicat, adeoque poſt *ἀπεθέρισαν* interpungendum videtur.

ἐκβρασμὸς] Nahum. 2, 10. Sic et gloſſae MSt. in proph. vid. Bielii Theſaur. in h. v. Suid. *ἔκζεσις. ἐκβρασμός.*

ἔκγονα] Forte ad 1 Timoth. 5, 4. *εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει.* Sic et *οἱ ό* Prov. 23, 18. et Symm. Iob. 31, 8. Eſ. 61, 9.

ἔκδηλος] 2 Timoth. 3, 9.

ἐκδίκησις] Hebr. 10, 30. Rom. 12, 19.

ἐκδοχὴ] Hebr. 10, 27. Sic et ad h. l. gloſſae Alberti p. 176. et Cyrill. Lex. MSt.

ἐκδύνει] Ex Proverb. 11, 8. ut videtur.

ἐκεῖ] Scite monuit Albertus Heſychium diverſa Evangeliſtarum loca ante oculos habuiſſe, quae iſta gloſſa componeret. Nempe Luc. 8, 32. eſt hoc: *ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων* etc. uti habet etiam Marcus 5, 11. At in loco parallelo Matthaei 8, 30. eſt hoc: *ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν* etc. Ergo ne ineſſe videretur in his locis pugna, gloſſator efficere voluit.

ἐκενώθησαν] Ierem. 14, 2.

Digitized by Google

ἐκένωσεν. ἐρήμωσεν.

ἔκθεσις. ἢ ἔκθεμα. ὀφειλή. παλαιὰ νομοθεσία, πρόςαξις, δόγμα.

ἔκθετα. ἐκριπτόμενα.

ἐκίσσησεν. ἐγέννησεν.

ἐκκακῦμεν. ἀμελῦμεν. ἀκηδιῶμεν.

ἐκκαυλῆσαι. ἐπιδῦναι.

ἐκκέκυφεν. ἀνώρθωσεν.

ἐκκήρυκτον. ἀπόβλητον.

ἐκ

ἐκένωσεν] Forte ex Philipp. 2, 7. ſed ad ſenſum verum parum utilis gloſſa.

ἔκθεσις] Ita gloſſam legendam Bielius cenſuit in Theſaur. Phil. v. ἔκθεμα, quae vox antea referebatur ad ἐκθειάσαι, alienum plane locum. ἔκθεμα vero pro edicto publice propoſito occurrit Eſth. 8, 17. et Ezech. 16, 23. ſed ad priorem potius locum pertinere videtur gloſſa, ubi eſt דבר ודת *verbum et lex*. Et Sap. Sal. 11, 14. ἐν ἐκθέσει πάλαι ῥιφέντα, ad quae forte ſpectant illa: παλαιὰ νομοθεσία. cf. Suiceri Theſ.

ἔκθετα] Act. 7, 19. ἔκθετα τὰ βρέφη.

ἐκίσσησεν] Pſ. 51, 5. cf. Phavorin.

ἐκκακῦμεν] 2 Cor. 4, 1. 16. ταύτην ἔχοντες τὴν διακονίαν, ὐκ ἐκκακῦμεν, *non negligemus*, *non negligenter tractemus* vel *obſervemus*. Paullo aliter veteres. Nam Oecumenius: ὐκ ἀπαγορεύομεν πρὸς τὰς θλίψεις, unde ſunt quae habet Phavorin. ἐκκακῦμεν. ἀπαγορεύομεν. Et Theodoret. ad verſ. 16. ὐκ ἀλύομεν, ὐδὲ ἀθυμῦμεν. vid. Suiceri Theſaur. Ad Gal. 6, 9. καλὰ ποιῦντες μὴ ἐκκακῶμεν, ubi Theodoret. μηδὲν τῶν ἀνιαρῶν διακοπτέτω τὴν περὶ τὰ καλὰ προθυμίαν.

ἐκκαυλῆσαι] Vox Symm. Pſ. 128, 6. ubi οἱ ὁ ἐκσπαθῆναι.

ἐκκέκυφεν] Ierem. 6, 1.

ἐκκήρυκτον] Ierem. 22, 30. niſi ad alium ſcriptorem reſpicitur,

ἐκ κόπων. ἐκ τῶν ἀδικιῶν.

ἐκλείψει. ὑϛερεῖ. ἀπολεῖται.

ἐκληδονίζετο. ἐμαντεύετο, ὁ ἀπὸ ἀκοῆς μαντείας δεχόμενος.

ἔκλιναν. εἰς φυγὴν ἐτρέπησαν.

ἐκλογιϛίαν. ἀρίθμησιν.

ἐκόπασεν. ἐπαύσατο.

ἑκούσιον. θελούσῃ διανοίᾳ.

ἐκπρίου.

ſpicitur, cuius verba addit Phavorinus in eadem gloſſa. cf. Suiceri Theſ. in hac voce.

ἐκ κόπων] cf. Apocal. 14, 13. et Malach. 2, 13. Eodem modo gloſſae MS. in 12 proph.

ἐκλείψει] cf. Eſ. 7, 8. 60, 20.

ἐκληδονίζετο] 2 Reg. 21, 6. vel 2 Paralip. 33, 6. In utroque loco eſt עונן *omina captabat.* Lex. MS. Octateuchi: κληδονιζόμενος. σημειοσκοπούμενος, ἢ ἐρωτῶν μάγων, quae gloſſa reſpicit ad Deut. 18, 10. ubi iunguntur μαντευόμενος et κληδονιζόμενος. Forte noſter hunc ipſum locum in mente habuit, ſed omiſſa voce ipſa, explicationem tantum poſuit. Hinc illud Participium δεχόμενος.

ἔκλιναν] Hebr. 11, 34. ἔκλιναν παρεμβολὰς ἀλλοτρίων i. e. exercitus hoſtium in fugam verterunt, vel *inclinarunt*, ut Livius loqui ſolet Lib. 34, 28. cf. v. ἀλλότριος.

ἐκλογιϛίαν] Libr. Tobiae 1, 21. pro *quaeſtura*, *rationum adminiſtratione.* In membro parallelo eſt ἡ διοίκησις.

ἐκόπασεν] Ambiguum eſt, ad ſcriptores ſacros, an profanos reſpiciat gloſſator. Vox eſt in utroque Teſtam. 2 Sam. 17, 2. Geneſ. 8, 1. Pſalm. 105, 30. ad quem locum Gloſſae MStae: ἐκόπασεν. ἐπαύσατο, ἐπέσχετο. cf. Interpr. Gr. ad Iob. 3, 17. Deinde Matth. 14, 32. Marc. 4, 39. 6, 51. Sed idem habet Herodotus VII, 191. ubi vid. Valkenar.

ἑκούσιον] Forte reſpexit ad Philem. 14. ubi eſt καθ' ἑκούσιον. ſed illud κατὰ pro more ſuo omiſit gloſſator.

Digitized by Google

ἐκπρίȣ. ἀγόρασον. ἐλευθέρωσον.

ἐκπτήσονται. ἐκπετασθήσονται.

ἐκραταίωσεν. ἐδυνάμωσεν.

ἐκρήμνισαν. ἐκρέμασαν. κατεκόντισαν.

ἐκρίθη. ὡρίσθη.

ἐκσεσοβημένοι. ἐκτεταραγμένοι.

ἐκσιφωνισθείη. διασκορπισθείη.

ἐκ σπείρης. ἐκ τάγματος. ἐκ νȣμέρȣ.

ἔκστασιν. ὕπνον. φόβον.

ἐκτάσ-

ἐκπρίȣ] Proverb. 24, 11. Nec aliter Gloſſae MS. ad h. l.

ἐκπτήσονται] Hoſ. 11, 11.

ἐκραταίωσεν] Ita ſaepe οἱ ό. cf. Pſ. 102, 11. 1 Reg. 17, 50. 23, 16. 4 Reg. 3, 26.

ἐκρήμνισαν] 2 Macc. 6, 11. In Gloſſa Reiskius corr. κατεκόντισαν.

ἐκρίθη] Forte ex Act. 27, 1. ὡς δὲ ἐκρίθη τȣ͂ ἀποπλεῖν ἡμᾶς, *cum conſtitutum, decretum eſſet* etc.

ἐκσεσοβημένοι] Sap. Sal. 17, 9. Sic et Lex. Cyr. MS. Brem. et Phryn. ἐκσεσοβισμένοι.

ἐκσιφωνισθείη] Iob. 5, 5. vid. Bielii Theſaur. Suidas addit: ἐκκενωθείη, ἐκρυῇ. Polychronius ad h. l. ἐκροφηθήσεται, δαπανηθήσεται, παντελῶς κενωθήσεται.

ἐκ σπείρης] Act. 10, 1. *ex cohorte.* ἐκ νȣμέρȣ, *ex numero*, quae vox et apud Latinos dicitur de *corpore militum.* vid. Vopiſc. in Firmo. Cap. 4. Cic. Verrin. V, 51. et Erneſti Clav. Cic. in h. v. Catena Euthym. Zigab. ad 4 Evangel. p. 37. Lectt. Moſq. σπεῖρα μὲν ἦν τάγμα στρατιωτικὸν; et Schol. Cod. Moſq. ad l. c. ed. Math. p. 321. σπεῖρά ἐστιν, ὃ καλȣ͂μεν νυνὶ νȣμέρον etc. quae ſunt verba Chryſoſt. Homil. 22. in Acta.

ἔκστασιν] Pro *ſomno* exſtat Geneſ. 2, 21. ἐπέβαλεν ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε, ad quem locum Philo Legg. Allegor. Lib. III. pag. 72. ἡ ἔκστασις τȣ͂ νȣ͂

 ὕπνος

Digitized by Google

ἐκτάσσοντα. χαράσσοντα, γράφοντα.

ἐκτενῶς. προθύμως. διατεταμένως.

ἐκ τῆς ὀσφύος. ἐκ τȣ̃ σπέρματος.

ἐκτῖλαι. ἐκτινάξαι.

ἐκτινάξαι. ἀποκινῆσαι.

ἐκτίσει. ἀποδώσει.

ἔκτρωμα. παιδίον νεκρὸν ἄωρον. ἐκβολὴ γυναικός.

ἐκφαί-

ὕπνος ἐςὶν αὐτȣ̃; cf. Idem in libro, quis Rer. div. haeres. p. 510. Et ſic alibi ſaepe de ea mentis obſcuratione, quae ſomni eſt ſimillima. Nec impedit aliquid, quominus eundem vocis ſenſum eſſe dicamus in N. T. Act. 10, 10, 11, 5. 22, 17. Pro *ſtupore* et *timore* in Scriptis utriusque Teſt. ſaepius. Cyrillus Al. ad Zach. 14, 13. ἔκςασιν ἐν τȣ́τοις τὸν φόβον, ἤγȣν τὴν κατάπληξιν ὀνομάζει. cf. Geneſ. 15, 12. Suidas ἔκςασις, θαυμασμὸς, ἢ ἀλλοίωσις. Theodotion in Iob. 33, 15. ubi οἱ ό δεινὸς φόβος.

ἐκτάσσοντα] 4 Reg. 25, 19. hebr. הצביא *exercitum conſcribere.*

ἐκτενῶς] Ioel. 1, 14. Ion. 3, 8. Iudith. 4, 10. 1 Petr. 1, 22.

ἐκ τῆς ὀσφύος] Sunt verba τῶν ό. Geneſ. 35, 11. etc. cf. Hebr. 7, 5. v. Alb. Gloſſar. p. 175.

ἐκτῖλαι] Pſ. 51, 5. Eccleſ. 3, 2. In loco Dan. 4, 11. haec verba permutantur ut parallela: ἐκτίλατε τȣ̀ς κλάδȣς αὐτȣ̃, καὶ ἐκτινάξατε τὰ φύλλα αὐτȣ̃.

ἐκτινάξαι] Iobi 38, 13.

ἐκτίσει] Iob. 2, 4. — ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτȣ̃ ἐκτίσει. Complut. δώσει.

ἔκτρωμα] Exhibet gloſſa propriam vocis ſignificationem. Ipſa occurrit 1 Cor. 15, 8. ſed improprie de *infimo*, vel *tenui*, *abiecto*. Statim etiam ſubiungit Apoſtolus ἐγὼ γὰρ εἰμὶ ὁ ἐλάχιςος τῶν ἀποςόλων. Utramque notionem bene explicavit Theophylact. ad h. l. Et apud τȣ̀ς ό in Iobi 3, 16. ὥσπερ ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρὸς, ἢ νήπιοι, οἳ ȣ̓κ εἶδον φῶς.

ἐκφαίνει. δηλοῖ, φανεροποιεῖ.

ἐκφορὰν. ἔξοδον. ταφὴν. ἐκ τοῦ ἐπὶ μνήματος διέρχεσθαι.

ἐκφόρια. καρποὺς.

ἐκ φυράματος. ἐκ σπέρματος.

ἐκχυθήσεται. ἀπλωθήσεται.

ἐκωθωνίζοντο. εἰς τὰ μεγάλα ἔπινον, ἐμεθύσκοντο, ἐχόρευον.

ἐκφαίνει] cf. τοὺς ό in Proverb. 29, 11. Sirac. 22, 19.

ἐκφορὰν] Reſpicit forte ad LXX in 2 Paral. 16, 25. 21, 19. ubi hebr. שרפה *combuſtio*; quia is modus frequens ſepulturae fuit, de qua non minus dicebatur ταφὴ et θάπτειν, uti demonſtravit Cuperus in Obſervatt. cf. Kirchmann. de fun. Rom. Lib. II. Cap. 1. p. 76. quem laudavit Bielius in Theſ. phil.

ἐκφόρια] Ita ſcribendum eſſe pro vulgato ἐκφορίαν, recte cenſuere Heinſius, Munkerus, Bielius in Theſ. et Albertus. Eſt enim vox τῶν ό. Iud. 6, 4. τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς. Hagg. 1, 10. hebr. יבול et Levit. 25, 19. Deut. 28, 33. hebr. פרי.

ἐκ φυράματος] Si gloſſa reſpicit ad Rom. 9, 21. uti Alberto videtur, explicatio pertinet ad ſenſum tropicum, non proprium. Nam ibi de *maſſa fermenti* dicitur. Sed ſi allegoriam demas, innuuntur Iudaei, qui, ut Patriarcharum filii, eorum σπέρμα dici poſſunt et mox κλάδοι dicuntur. Utrumque coniunxit Gloſſarium Alberti: φύραμα. ζύμη, σπέρμα. vid. v. φύραμα.

ἐκχυθήσεται] Gloſſa non videtur locum Script. Sacrae explicare. Nam locis illis τῶν ό, in quibus occurrit illa vox; non ſatis convenit gloſſema; ut Hoſ. 12, 14. quem Albertus adſcripſit, et Iobi 30, 16. 3 Reg. 13, 3. Geneſ. 9, 6.

ἐκωθωνίζετο] Ex Eſth. 3, 15. ubi eſt in hebr. *ſedebant ad bibendum.* Ut vero gloſſator adderet ἐχόρευον, puto moviſſe alium locum 3 Eſdr. 4, 63. ubi eſt: καὶ ἐκωθωνίζοντο μετὰ μουσικῶν καὶ χαρᾶς, praeſertim cum in commeſſa-

Digitized by Google

ἔλαμαν. ὑπέρθυρον.
ἐλαμῆται· Πάρθοι.
ἔλαμος. ὁδὸς.

ἔλασμα.

meſſationibus etiam chori duci ſolerent. Sic Exod. 32, 6. coll. 1 Cor. 10, 7. ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν, ubi τὸ παίζειν ſine dubio *ſaltare* ſignificat, ut et praeterea ex loquendi uſu apud veteres demonſtrari poteſt. Ita in Heſiodi Scut. Hex. v. 277. occurrunt χόροι παίζοντες, *chori ſaltantes.* coll. verſ. 282. et apud Homerum Odyſſ. VII, 251. XXIII, 141. cf. Loesner. in Obſervatt. Philon. Sed haec obiter.

ἔλαμαν] Non eſt dubium reſpici ad vocem hebr. אילים quae Ezech. 40. ſaepius occurrit, atque ibi a τοῖς ὁ vertitur αἰλάμ, et αἰλαμμών, item hebr. אילו αἰλεῦ pro quo tres Interpp. in Hex. Origenis habent ὑπέρθυρα. Verſ. 22. incertus interpres: πρόπυλον. Verſ. 9. pro αἰλὰμ Symm. πρόπυλον. ut et 3 Reg. 7, 6. vid. Theodoret. ad 3 Reg. 6. p. 468. cf. Montefalc. ad l. c. Sic et Gloſſae MS. in Ezech. ἐλαμ. τὸ ὑπέρθυρον. vid. Bielii Theſaur. Philol. Omnino gloſſae auctor hauſiſſe videtur ex Commentar. Theodoreti, ſed ita, ut errore quodam oculorum explicationes utriusque vocis αἰλὰμ et θεὲ commiſceret. Nam ad Ezech. 40. Theodoretus ita: αἰλὰμ ἐνικῶς τὸν παραστάδα καλεῖ, καὶ θεὲ πάλιν τὸν ὁδὸν καὶ τὸ ὑπέρθυρον. Hinc ex eodem errore ab eodem auctore fluxit ſine dubio gloſſa alia infra poſita: θεέ. παραστάς.

ἐλαμῆται] Infra in eadem gloſſa ſcribitur ἐλαμῖται. Sine dubio reſpicitur ad Actor. 2, 9. Ibi vero cum Ἐλαμῖται diſtinguantur a Πάρθοις, recte ſtatuerunt gloſſatorem Πάρθους dicere Perſas. Nam ſub Elamitis Perſae intelliguntur in illo loco ab Elam, quae Perſia eſt. vid. Eſ. 11, 11. et 21, 2. ubi ita: ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν ἐπ' ἐμὲ ἔρχονται. Baſilius M. in Eſ. 11. ait: Ἐλαμῖται δὲ εἰσὶ τὸ γένος τῶν Παρθυαίων: et Salmaſius de Helleniſt. p. 367. docuit idem nomen eſſe Πάρθος et Πέρσης, ſola pronunciatione diverſum.

ἔλαμος] Videtur gloſſator τῷ ἔλαμ dediſſe flexionem graecam, uti et in ἔλαμαν forte factum eſt. Certe ὁδὸς convenit cum אילמו quod οἱ ὁ Ezech. 40, 21. αἰλαμμών, ſed

ἔλασμα. ὑπέρπυρον.

ἐλάσσω. ἧττονα.

ἐλεαλή. Θεȣ̃ ἀνάβασις ἐν ὑπερηφανείᾳ.

ἐλεπόλεις. μηχανήματα, οἱ κριοὶ, ἢ οἷα δήποτε, δι' ὧν αἱ πόλεις καθαιρȣ̃νται. παρὰ δὲ Κρησὶ, τὰ τῶν πολέμων ὄργανα.

G 3 ἐλεύ-

ſed Schol. ὑποχωρήσεις, et Symm. ὑπερόχησις, quod vero Monteſalcon. in Hex. Orig. ex illo corruptum putat. Niſi forte legendum ȣ̉δὸς. Nam hebr. סף quod οἱ ό et Theod. vertunt πρόθυρον, Symmachus ȣ̉δὸν vertit Ezech. l. c. verſ. 6. 7. Cum quibus ſi coniungamus verba Theodoreti ad vocem ἔλαμαν poſita, maior etiam huius lectionis fides erit. Nam idem error, quem ibi annotavi, nunc ab auctore gloſſae commiſſus eſſe videtur. Et ſolet alibi etiam utraque vox ὁδὸς et ȣ̉δὸς confundi. vid. gloſſa Heſych. χελωνίδος coll. cum Suidae gloſſa eadem.

ἔλασμα] Manifeſte ex Habac. 2, 29. ubi de idolo ſ. ξύλῳ dicitur: τȣ̃το δέ ἐϛιν ἔλασμα χρυσίȣ etc. Ergo ὑπέρπυρον ſcil. χρυσίον erit aurum igne candens ſ. liquefactum, quo aliquid obducitur. Unde et Sopingius putabat ſic legi poſſe: ἔλασμα χρυσίȣ, χρυσίον ὑπέρπυρον. Sed non eſt neceſſe, ſi modo morem gloſſatorum noveris. Nam non tam vocem ἔλασμα explicavit, quam adiecti ſubſtantivi χρυσίȣ rationem reddidit. Hinc malim legi ὑπάργυρον, cui voci etiam turpitudinis notio adhaeret, idolis illis conveniens. Pollux Lib. VII. ὑπάργυρον τὸ κίβδηλον χρυσίον.

ἐλάσσω] Ev. Ioh. 2, 10.

ἐλεαλή] Etymol. explicatio vocis hebr. אלעלה Eſ. 15, 4. et hauſta gloſſa eſt ex interpretibus veteribus. Hieronymus enim ad l. c. Eſ. *aſcenſus ſuperbiae, quod Eleale ſonat.* Procopius ad h. l. expl. Θεȣ̃ διάβασις. Baſil. M. p. 1123. ἐλεαλὴ Θεȣ̃ ἀνάβασις, ἢ ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς ὑπερηφανίας ἔπαρσις.

ἐλεπόλεις] 1 Macc. 13, 43. ubi ſimul uſus illarum machinarum declaratur. cf. Bielii Theſ. Philol. et H. Steph. Theſ. T. III, 472.

ἐλεύσεως. ἀφίξεως.

ἐλεφαντίασις. εἶδος λέπρας.

ἕλη. σύνδενδροι τόποι.

ἕλικι. κλήματι ἀμπέλου.

ἑλικτά. στρεβλά, σκαμβά.

ἐλίπανας. ἤλειψας. ἐφαίδρυνας. πλουσίαν ἐποίησας.

Ἕλληνες. — φρόνιμοι, ἤτοι σοφοί.

ἐλλό-

ἐλεύσεως] Actor. 7, 52.

ἐλεφαντίασις] Ex incerto interprete Deuter. 28, 27. ut eſt in Hex. Origenis, pro quo οἱ ὁ κνῆφου. Bielius Symmacho tribuit. Hoc genus leprae et ἐλέφας vocatur Iob. 2, 7. ſine dubio ex albo eius colore. Unde et cum nive comparatur Exodi 4, 6. Numer. 12, 10. vid. Cyrill. ad Levit. 13. in Niceph. Cat. T. I. p. 1030. Heſych. ἐλεφάντινα. λευκά.

ἕλη] Forte ex Eſaiae 33, 9. ubi ערבה vertitur ἕλη, et intelliguntur loca ſylveſtria et vaſta. Alii ibi ἔρημος verterunt. In caeteris omnibus locis ἕλος et ἕλη dicuntur de paludibus vel ſtagnis, quo potius pertinet alia Heſ. gloſſa: ἕλος. σύμφυτος τόπος, ἢ χεῖλος ποταμοῦ καὶ ὁ τελματώδης τόπος i. e. *locus paluſtris*. cf. Exodi 7, 9. Eſ. 35, 7. ubi mox additur: ἐκεῖ εὐφροσύνη ὀρνέων, quae verba forte arripuit gloſſator. it. Cap. 41, 18.

ἕλικι] Geneſ. 49, 11. ubi ex paralleliſmo ſententiarum idem eſt quod ἄμπελος. vid. Bielii Theſ. Philol. Rufinus in Orig. Homil. XVII in Geneſin vertit *palmitem*.

ἑλικτά] Levit. 6, 21.

ἐλίπανας] Pſalm. 23, 5.

Ἕλληνες] Sic et a Paulo Apoſtolo ſubinde Ἕλληνες dicuntur σοφοί, ob ſtudium ſcil. philoſophiae, quam ita iactabant, ut ſe aliis ſapientiores putarent. Fortaſſe reſpicitur ad talia loca, ut Rom. 1, 14. 1 Cor. 1, 22.

Digitized by Google

ἐλλόγει, καταλόγησαι.

ἐλυμήνατο ὗς ἐκ δρυμοῦ. κατέφαγε χοῖρος ἐξ ὕλης.

ἐμαίμασσε. προεθυμεῖτο. ἐκυματοῦτο. ἐκλονεῖτο. ἐταράττετο.

ἐμβατεῦσαι. τὸ κατέχειν καὶ καρποῦσθαι χωρίον, ἢ οἰκίαν, ἢ ὅλον τὸν κλῆρον, ἢ ζητῆσαι.

ἐμβριμῆσαι. ἐπιτιμῆσαι. κελεῦσαι, προστάξαι μετ' ἐξουσίας.

ἐλλόγει] Paul. ad Philem. epiſt. v. 18. ubi Oecumen. λογίσαι εἰς χρέος. De verbo ἐλλογεῖν vid. Caſaub. ad Sueton. Iul. Cap. 47.

ἐλυμήνατο] Pſ. 80, 13. vid. Gloſſ. MS. in Pſalmos, et Suidam in λυμαίνομαι, qui eundem locum Pſalmi affert. cf. Euſebius ad loc. Pſalmi.

ἐμαίμασσε] Iob. 38, 8. ὅτε ἐμαίμασσεν ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῆς ἐκπορευομένη. vid. Schultenſ. ad h. l. et de verbo μαιμάσσειν Bocharti Hieroz. P. I. p. 666. De verbo προεθυμεῖτο dupliciter ſtatuendum puto. Sive enim gloſſator ſenſum ſimplicem reddere voluit, ut illa ἐμαίμ. ἐκπορευομένη explicaret προεθυμ. ἐκπορεύεσθαι; ſive vox orta eſt ex mutilata explicatione Olympiodori, qui (in Catena Nicetae ad h. l. pag. 543) ad vocem ἐμαίμασσε ita: οἶστρα, ὁρμητικῶς εἶχε, πᾶσαν ἐπιπλύσαι τὴν γῆν προθυμουμένη τοῖς ὕδασιν.

ἐμβατεῦσαι] Ex uſu τῶν ό. Ioſ. 19, 51. ἐπορεύθησαν ἐμβατεῦσαι τὴν γῆν. Ibi et τῶν κλήρων mentio fit; et 1 Macc. 12, 25. 13, 20. 14, 31. 15, 40. in quibus τῆς χώρας mentio fit. Quod vero addidit ζητῆσαι, forte in mente habuit locum Pauli ad Coloſſ. 2, 18. Phavorinus expl. ἐπιβῆναι, τὰ ἔνδον ἐξερευνῆσαι, ἢ σκοπῆσαι. cf. Suiceri Theſ.

ἐμβριμῆσαι] cf. Matth. 9, 30. Marci 1, 43. 14, 5. quibus locis bene convenit gloſſa. vid. ſupra v. ἐνεβριμήσατο. Eodem etiam modo, quam vocem Aquila verterat ἐπιτιμήσει, eandem Symm. reddidit ἐμβριμῆσαι Eſaiae 17, 11.

Digitized by Google

ἐμβριμώμενος. μετὰ ἀπειλῆς ἐντελλόμενος.
ἐμίηνεν. ἐκ μίξεως διέφθειρεν.
ἐμμένει. προθυμεῖται.
ἔμμονος. ἐπιμένουσα ἀεὶ, ἤτοι ἀδιαλείπτως.
ἐμπέπαιχα. ἐνέπαιξα, ἐχλεύασα.
ἐμπίπλαται. πληροῦται. χορτάζεται.

ἐμπλο-

ἐμβριμώμενος] Si gloſſa pertinet ad Ioh. 11, 38. non aſſecutus eſt gloſſator ſenſum loci. Ibi enim notat: *commoveri animo*, vel *ſuſpiria edere ex animo*. vid. Suicerus in Theſ. Ergo potius retulerim ad Pſalm. 7, 11. μὴ ὀργὴν ἐπάγων. Ibi alius interpres: ἐμβριμώμενος, alius ἀπειλούμενος. vid. Chryſoſt. in Cat. Patr. ad h. l.

ἐμίηνεν] Manifeſte ex Geneſ. 34, 5. ἐμίανεν ὁ υἱὸς Ἐμμὼρ Δεῖναν etc. ubi de Dina corrupta ex concubitu ſermo eſt. Utramque enim vocem μίξιν et διαφθείρειν de eadem re uſurpari, notum eſt. Unde et legi malim ἐμίανεν.

ἐμμένει] Gal. 3, 10. ἐπικατ. πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει. cf. Hebr. 8, 9. et Deut. 17, 26. Bielii Theſaur. Philol. ad h. v.

ἔμμονος] Ex Levit. 13, 51. uti vel genus foemininum indicat, quod eſt in voce ἐμμένουσα ſcil. λέπρα. Nam in illo loco eſt λέπρα ἔμμονος. Deinde legi malim ἀδιάλειπτος, ut ad ἔμμονος referatur, non vero ſynonymon ſit τοῦ ἀεὶ, quod cur explicaretur, non erat ratio. cf. Sirac. 30, 17.

ἐμπέπαιχα] Exodi 10, 2. ὅσα ἐμπέπ. τοῖς Αἰγυπτίοις. Ibi eſt hebr. עלל quod notat ποιεῖν ſimpliciter; ſed interpretes rationem habuerunt ludibrii et dedecoris, cui expoſiti fuerunt Aegyptii. Nos fere ita: *wie ich den Aegyptern mitgeſpielt habe.* Ignotus interpr. ad h. l. in Cat. Niceph. ὥσπερ παιγνίῳ παιδαρίων, αὐτοῖς ἐχρησάμην.

ἐμπίπλαται] cf. Eccleſ. 4, 8. Sirac. 14, 9. 31, 3. Et Proverb. 13, 26. eſt etiam ἐμπίμπλαται.

Digitized by Google

ἐμπλοκία. ἑορτὴ παρὰ Ἀθηναίοις. ὡς τὸ σὺν ταῖς θριξὶ πλεκόμενον γυναιξίν.

ἐμπορπῦσθαι. φιβλῦσθαι.

ἐμφανῶς ἥξει. φανερῶς ἔλθῃ.

ἕν. ἀντὶ τῦ εἷς.

ἐν ἀγωνίᾳ. ἐν μερίμνῃ.

ἐν αἰνίγματι. ἐν παρεικασίᾳ, ἐν παραβολῇ.

ἐμπλοκία] In ultimis verbis in mente habuit, vel confudit gloſſator τὰ ἐμπλόκια, vocem LXX interpretum. cf. Exod. 35, 21. 28, 25. 39, 16. et Eſ. 3, 18. ad quem locum etiam Baſilius M. τὸ δὲ ἐμπλόκιον ἔοικε τὶ εἶναι συγκαταπλεκόμενον ταῖς θριξίν.

ἐμπορπῦσθαι] i. e. *infibulare.* vid. Meurſ. Gloſſar. v. φιβλῦν. Reſpicit vero Gloſſa ad 1 Macc. 14, 44.

ἐμφανῶς ἥξει] Pſalm. 50, 3.

ἕν] Albertus cenſet reſpici ad haec loca: Ioh. 10, 30. 17, 11. 21, 22. ἵνα πάντες ἓν εἰσι, pro quo Galat. 3, 28. πάντες — εἷς ἐστε.

ἐν ἀγωνίᾳ] Si gloſſa pertinet ad Lucae 22, 44. non ſatis apta explicatio eſt. Exprimitur enim ibi ſumma anxietas, et quaedam veluti lucta mentis. Unde Pricaeus ad h. l. putat melius dixiſſe Lexicographum ἐν ἀδημονίᾳ.

ἐν αἰνίγματι] Non ſatis perſpicue explicata eſt vox, ſi gloſſa reſpicit ad 1 Cor. 13, 12. ubi βλέπειν τὶ ἐν αἰνίγματι notat: aliquid *ſubobſcure, imperfecte cognoſcere,* γινώσκειν ἐκ μέρυς ut ſtatim ſubiungitur, et opponitur cognitioni, quae fit πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, i. e. *evidentiſſimae, perfectiſſimae.* Quae notio occurrit etiam apud LXX. ut Numer. 12, 8. λαλήσω αὐτῷ ἐν εἴδει, καὶ ὐ δι' αἰνιγμάτων. Sic et Deuter. 28, 37. καὶ ἔσῃ ἐκεῖ ἐν αἰνίγματι καὶ παραβολῇ καὶ διηγήματι etc. ubi in hebraeis nihil reſpondet illis ἐν αἰνίγματι. Nam לְמָשָׁל verterunt ἐν παραβολῇ et antecedens לְשַׁמָּה aliter legerunt, unde verterent ἐκεῖ. Tamen veri ſimilius mihi videtur ad hunc quam ad illum Pauli locum reſpicere gloſſam. vid. quae dicta ſunt ad v. εἰς παραβολήν.

ἐν ἀλαλαγμῷ. ἐν εὐφήμῳ βοῇ.

ἐναπερείσασθαι. ἐμπῆξαι. ϛῆσαι.

ἔναρα. ὅπλα. σκῦλα, λάφυρα.

ἐν ἀτόμῳ. ἐν ῥιπήματι. ἐν τάχει.

ἐναυάγησαν. ἐκινδύνευσαν.

ἐναυλίζεσθαι. ἐνδιατρίβειν.

ἐναυλισθήσεσθαι. ἐνοικισθήσεσθαι.

ἐν βϐλῇ. ἐν φροντίδι. ἐν συναγωγῇ. ἐν ὁδῷ.

ἐν γήρᾳ

ἐν ἀλαλαγμῷ] οἱ ό exprimunt hac voce Pſalm. 33, 3, *laetum clamorem*, et Pſ. 47, 5. *iubilationem*, qualis eſt in victoria, et recte quidem. Nam dicitur etiam τὸ ἀλαλάζειν de clamore, quem excitant milites ex inſidiis in hoſtem irrumpentes. Theodoretus ad locum Pſalm. 33. ἀλαλαγμός ἐϛιν ἐπινίκιος βοὴ κατὰ τῶν φευγόντων ὑπὸ τῶν νικώντων γινομένη. cf. Dionyſ. Halicarn. Lib. V, 44. Valkenar. ad Eurip. Phoen. p. 120. Schultenſ. ad Iob. 10. pag. 278. — De clamore in victima mactata, uſurpat vocem Homerus Odyſſ. γ. 450. v. Caſaubon. ad Marc. 5, 38.

ἐναπερείσασθαι] Forte ex 2 Macc. 9, 4.

ἔναρα] οἱ ό Ioſ. 13, 21. habent ἄρχοντα ἔναρα Σιών. Incertus interpres: ἄρχοντας παρὰ Σιών. Alius ἄρχοντα Σιών. Nempe נסיכי ſunt *uncti*, i. e. *reges, principes*. Sed quaeritur unde vox ἔναρα. Venit in mentem interpretem aliquem confudiſſe vocem illam cum alia ſimilis certe ſoni נשקי i. e. *arma*, ὅπλα. Niſi forte ex illo παρὰ perperam factum eſt ἔναρα.

ἐν ἀτόμῳ] 1 Cor. 15, 52. Chryſoſt. ταχέως.

ἐναυάγησαν] Ex 1 Timoth. 1, 19.

ἐναυλισθήσεσθαι] Ita vocem uſurpat Aquila in Iudic. 14, 19. et 1 Reg. 16, 13. cf. Suiceri Theſ.

ἐν βϐλῇ] Manifeſte gloſſa pertinet ad Pſalm. 1, 1. et hauſta eſt ex variis graecorum interpretationibus. vid. Origenis Hex. ad h. l. et ad v. 5. Ibi etiam βϐλὴ et ὁδὸς permutantur. Caeterum in hebr. eſt בעצת quod τὺς ό legiſſe

ἐν γήρᾳ πίονι. γῆρας λιπαρόν.

ἐνδεεῖ. χρείαν ἔχοντι. πτωχῷ.

ἐνδελεχισμός. ἐπιμονή.

ἐνδελεχῶς. ἀδιαλείπτως, συνεχῶς, ἐπιμόνως.

ἔνδειγμα. ἀπόδειξις.

ἐν δε-

giſſe מצא cenſet Cappellus Crit. S. Lib. IV. 4. p. 580. Doctum autem eſt gloſſema ἐν φροντίδι, verum ſenſum Davidis exhibens. cf. Baſil. M. Homil. in Pſalm. 1. et Auctor anonym. Scholior. in Pſalmos in Math. lectt. Moſq. p. 42. βȣλὴν λέγει τὴν συναγωγήν. Sic et Pſalm. 110, 1. hae voces iunguntur ut ſynonymae.

ἐν γήρᾳ πίονι] Ex gloſſemate coniicias ſive mancam eſſe gloſſam, ſive, ſi nihil deeſt, plane inutilem. Exhibet vero verſionem τῶν ό Pſalm. 91, 10 et 14. non minus illam inanem, ex qua patet gloſſatorem verſuum illorum verſionem confudiſſe, ita ut verba ἐν γήρᾳ πίονι deſumeret ex verſu 14, ſed gloſſemate addito explicaret verſum 10. Nam ſane τὸ γῆρας ἐν ἐλαίῳ πίονι notare poteſt γῆρας λιπαρόν. Itaque etiam Bielius et Kuſterus gloſſema ita legi volunt: ἐν γήρᾳ λιπαρῷ. Caeterum error τῶν ό facilis eſt intellectu. In verſu enim 10 vocem בלתי habuerunt pro ſubſtantivo, ideoque verterunt τὸ γῆράς μȣ, et Symm. ἡ παλαίωσίς μȣ, cum ſenſus eſſet: *perfundis me oleo viridi* a בלל *miſcuit, perfudit, unxit.* Deinde in verſu 14 cum antecedentibus iunxerunt vocem דשנים quae tamen ad ſequentia pertinebat abſolute poſita hoc ſenſu: *adeo in ſenectute fructus ferent, pingues et virentes erunt*, uti recte Symmachus expreſſit. cf. Suidas et gloſſae MSt. in Pſalmos.

ἐνδεεῖ] Bielius adſcripſit Proverb. 27, 7.

ἐνδελεχισμός] Sirac. 7, 13. ubi gloſſae explicant: συνήθεια ἤτε καλȣ̃, ἤτε κακȣ̃.

ἐνδελεχῶς] Vox innumeris in locis obvia apud LXX interpretes.

ἔνδειγμα] Forte in mente habuit 2 Theſſ. 1, 5.

ἐν δεξιᾷ. ἐκ δεξιῶν.

ἔνδικον. ἀληθὲς. δίκαιον. ἄξιον.

ἐνδόσθια. ἔγκατα.

ἐνεβριμήσατο. ὠργίσθη. ἐτάραξεν.

ἐνεδίδου. ἐχαυνοῦτο.

ἔνεδρα. ἔγκρυμμα, δολερὸν ὑποκάθισμα.

ἐνεδρεύει. δόλον μηχανᾶται. ἐγκάθηται. καταρεῖ.

ἔνειρας.

ἐν δεξιᾷ] Hae phraſes ſaepenumero permutantur a ſcriptoribus N. T. cf. Epheſ. 1, 20. Rom. 8, 24. etc.

ἔνδικον] Rom. 3, 8. ὧν κρῖμα ἔνδικόν ἐςι. Chryſoſt. εὔδηλον ὅτι κολάζονται.

ἐνδόσθια] Vox τῶν ὀ. cf. Exod. 29, 17. Levit. 4, 8. 6, 33. Sirac. 10, 9.

ἐνεβριμήσατο] Ev. Ioh. 11, 33. ἐνεβ. τῷ πν. καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν. Pricaeus etiam in Heſ. addi ἑαυτὸν volebat. Kuſterus adſcripſerat locum Matth. 9, 30. ſed cui explicatio non reſpondet. Nam ibi eſt idem, quod *prohibere, vetare*. Chryſoſt. μετὰ πολλῆς σφοδρότητος κελεύει.

ἐνεδίδου] i. e. *remittebatur, relaxabatur*. Geneſ. 8, 3. ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ.

ἔνεδρα] Dicitur ἡ ἔνεδρα et τὰ ἔνεδρα in verſione τῶν ὀ quam reſpexit Heſychius. Et τὰ ἔνεδρα quidem de militibus in inſidiis poſitis, ut 1 Reg. 20, 40. Obad. verſ. 7. Albertus putat reſpici ad Pſalm. 10, 8. Suid. ἔνεδρον ἔγκρυμμα δολερόν. Gloſſ. MS. in Pſ. ἔνεδρα. ἔγκριμα δολ. pro quo legendum ἔγκρυμμα ut MStum meum exhibebat, et in Suida Kuſterus emendavit. Theodoret. ad Pſ. l. μηχανάς.

ἐνεδρεύει] Iterum ex Pſ. 10, 9. pro quo in verſ. 8. ἐγκάθηται ἔνεδρα.

Digitized by Google

ἔνειρας. ἐνέῤῥαψας. ἔβαλες. ἥρμοσας. συνή-
ψας.

ἐνεῖχον. ἐχόλουν, ὠργίζοντο.

ἐνεκότουν μοι. ἐμηνίαζον. ἐμνησικάκουν.

ἐνεοὶ. ἄφωνοι.

ἐνεὸν. κωφὸν, καὶ μωρὸν. ὅθεν καὶ ἀμνήμων.

ἐνεπάγησαν. ἐνηλώθησαν.

ἐνερ-

ἔνειρας] Iobi 10, 11. ubi et Schol. συνέῤῥαψας eodemque modo Olympiodor. ad h. l. Et Gloſſ. MS. in Iob. ἐν. ἐνέῤῥαψας.

ἐνεῖχον] Geneſ. 49, 23. ἐλοιδόρουν καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ. Hanc gloſſam non vidit Grabius in Animadv. ad h. l. quamvis aliam afferret ἐνέχει etc. huc non reſpicientem. Boiſius in Collat. vet. Interpr. cum Beza p. 115. confert Marci 6, 19. Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ. *infenſa ipſi erat.* Heſych. ἐνέχει. μνησικακεῖ, ἔγκειται, ſive ut Boiſius vult ἐγκοτεῖ, quod et probat Abreſch. in Annott. ad loca N. T. ad calcem Animadv. Aeſchyl. p. 558.

ἐνεκότουν μοι] Pſalm. 54, 3. ubi Scholion idem habet ex Commentar. Heracleotae in Catena Pſalm. Suidas etiam integrum locum Davidis adponit. Symm. ἠναντιώθησάν μοι. cf. Gloſſ. in Pſalmos, quae et rectius ἐμήνιζον. Origenes ad h. l. ἐγκοτεῖν ἐστὶν, ἐναποκειμένην ἔχειν τὴν ὀργὴν, *inveteratam iram habere.*

ἐνεοὶ] Alio loco Heſych. ἔννεοι. ἄφωνοι. uti ſcribitur in Act. 9, 7. Sed ἐνεοὶ eſt Eſaiae 56, 10. Hoſ. 9, 7. Symm. ἐνεὸς. οἱ ὁ παρεξεστηκώς. Suid. ἔννεος. κωφὸς, ἄφωνος, ἐξεστηκὼς etc. vide Gloſſas Alberti in N. T. p. 70. Biel. Theſ. Phil. it. Heinſium in Exercitt. Sacr. in Act. p. 316.

ἐνεὸν] Proverb. 17. extr.

ἐνεπάγησαν] Ex Pſalmo 37, 2. τὰ βέλη σου ἐνεπ. μοι. Certe aliis locis, quae vulgo afferuntur, ut Pſalm. 9, 16. Thren. 2, 9. non ſatis convenit gloſſema.

Digitized by Google

ἐνεργεῖται. κατασκευάζεται.

ἐνεργοί. ἕτοιμοι πρὸς ἐργασίαν. ἡ ἐνεργουμένη. αἱ μὴ ἀργαί. εἰσακουομένη. τελουμένη.

ἐνετείλατο. παρήγγειλεν, διετάξατο, ἐσαφηνίσατο.

ἐνετύλιξεν. ἐνείλισσεν.

ἐν εὐσήμῳ. ἐν καλῇ, καὶ ἀγαθῇ.

ἐνέφραξε. συνέκλεισε. περιετείχισεν.

ἐνῆρ-

ἐνεργεῖται] Heinſius in Exercitt. S. p. 506. confert locum 2 Theſſ. 2, 7. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας.

ἐνεργοί] Gloſſa corrupta videtur. Nec fere dubium eſt, quin ita ut voluerunt Bernardus, Kuſterus, Albertus, refingi poſſit et debeat, ut ex una fiant duae gloſſae hoc modo: ἐνεργής. ἑτοίμη πρὸς ἐργασίαν. Deinde: ἐνεργουμένη. ἡ μὴ ἀργή, εἰσακ. τελουμ. Quod ad priorem attinet, eam ſimili modo habet Gloſſar. Alb. in N. T. p. 139. refertque ad 1 Cor. 16, 9. θύρα μοὶ ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργής i. e. occaſio docendi Evang. mihi ſe offert larga et *fructuoſa*, ἑτοίμη πρὸς ἐργασίαν, quae lucrum magnum allatura eſt. Nam ἐργασία eſt *lucrum*, quod ex opera tua capias. Sequens gloſſa pertinebit ad Iacobi 5, 16. δέησις δικαίου ἐνεργουμένη.

ἐνετείλατο] Dubium eſt, an ſolummodo ad loca Script. S. reſpiciat. Nam et in profanis ſaepe occurrit illa vox. Caeterum huc pertinent Matth. 15, 4. 17, 9. 19, 7. Marci 10, 3.

ἐνετύλιξεν] Matth. 28, 59. Luc. 23, 53.

ἐν εὐσήμῳ] Gloſſae MS. in Pſ. addunt ἡμέρᾳ, ut reſpiciatur ad Pſalm. 81, 4. quamvis auctor gloſſae minus aſſecutus eſt ſenſum verborum hebr. Melius tamen Heracleot. in Cat. Patr. ad h. l. expl. διάσημῳ, λαμπρῷ.

ἐνέφραξε] cf. haec loca. Dan. 6, 22. 2 Chron. 32, 4. 30. 2 Macc. 2, 5. Ad poſterius gloſſema inprimis pertinet Thren. 3, 9.

Digitized by Google

ἐνῆρκται. ἀρχὴν ἐποίησεν. ἐνήρξατο.
ἐνθύμιον. ἄπορον. σεμνόν.
ἐνκομβώσασθαι. — στολίσασθαι.
ἐν κλήρῳ. ἐν μερίδι.
ἐν μακρύμασιν. ἐν ἀποστασίαις.
ἐν ὁδῷ. ἐν ἔργοις. ἐν πίστει. ἐν βίῳ.

ἐνόσφι-

ἐνῆρκται] Gloſſam ſpectare Numeror. 16, 47. intelligi poſſe videtur exinde, quod et in Octat. Gloſſ. eſt: ἐνῆρκται ἡ θραῦσις, ἐνήρξατο ἡ πληγή. et Lex. Cyrill. MS. eodem modo. Cum vero in illo loco vulgo legatur ἐνῆρκτο, Alberto videtur in Codice quodam ſcriptum fuiſſe ἐνῆρκται, unde illae gloſſae hauſtae fuerint.

ἐνθύμιον] Pſ. 76, 10. ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. hebr. חמת, i. e. furor, ira hoſtium in laudem tuam vertetur. Symm. θυμός. Is furor oritur vel ex victoriae iactura, vel ob victoriae partae ſuperbiam et oſtentationem. Illud fortaſſe gloſſator verbo ἄπορον, hoc voce σεμνὸν exprimendum putavit. cf. Suidas et Phavorinus, qui uterque Davidis locum laudat.

ἐνκομβώσασθαι] Haec gloſſa transferatur ad locum 1 Petri 5, 5. quem forte in mente habuit, qui illam fecit: τὴν ταπειν. ἐγκομβώσασθε, induatis, ornetis vos humilitate. Oecumen. ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε.

ἐν κλήρῳ] Deuter. 19, 14.

ἐν μακρύμασιν] Ex Eſrae 9, 1. 11. ubi innuitur idololatria. Unde recte ſe habere explicationem gloſſatoris patet. Ita enim vox ἀποστασία uſurpatur, uti et in genere de *omni improbitate*. cf. Ierem. 2, 19. 2 Paral. 29, 19. 1 Reg. 21, 13.

ἐν ὁδῷ] Ex uſu Scriptorum Sacr. qui דרך dixerunt de vitae ratione, actionibus, omnique modo agendi et cogitandi, quem aliquis ſequitur. cf. Pſ. 1, 1. ubi Baſilius in Cat. Patr. ὁδὸς ὁ βίος εἴρηται. Pſ. 119, 1. etc. Ea ratio et in N. T. traducta eſt, et inprimis etiam ἡ ὁδὸς uſurpata de *doctrina religionis chriſtianae*, ſenſibusque animi illi accommodatis. Sic Actor. 9, 2. ἄνδρες τῆς ὁδοῦ ὄντας, ubi Schol.

Digitized by Google

ἐνοσφίσατο. ἔκλεψε. μετέσχεν.

ἔνοχος. χρεώστης. ὑπεύθυνος. ὑποκείμενος.

ἐνσείσεις. διασείσεις.

ἐν σικυηράτῳ. τόπος σικυδίων.

ἔντευξις. ἀπάντησις κατὰ τῶν πλημμελησάντων. δέησις εἰς ἐκδίκησιν.

ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ. ἐν λύπῃ.

ἐν τῇ

Schol. Cod. Moſq. ed. Math. p. 320. τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως etc. eodemque modo ad Cap. 19, 9. 23. 22, 4. 24, 14. Quo ſine dubio pertinet gloſſema: ἐν πίστει. cf. Gloſſ. in Pſalmos.

ἐνοσφίσατο] Actor. 5, 2.

ἔνοχος] cf. Matth. 5, 21. 22, 26. 66. Marc. 3, 29. 1 Cor. 11, 27. Iacobi 2, 10. Ultimum gloſſema inprimis pertinet ad Hebr. 2, 15.

ἐνσείσεις] 2 Reg. 8, 12.

ἐν σικυηράτῳ] Ex Eſ. 1, 8. hebr. מִקְשָׁה quod omnes veteres interpp. de *horto cucumerum* explicant. Procopius: τὸ τῶν σικύων φυλακτήριον. Kuſterus putat accuratius ſcribi σικυήλατον. Sic et in Ieremiae epiſt. alii legunt. Et Cyrillus Catech. 16. p. 414. σικυηλάτῳ it. Euſeb. ad h. l. et Baſilius M. ad locum Eſaiae, ſed rurſus paucis lineis interiectis legit: ἐν σικυηράτῳ. cf. S. V. Dathe ad h. l.

ἔντευξις] 1 Timoth. 2, 1. ad quem locum ſimilia habent veteres interpretes. Theodoret. ἔντευξις, κατηγορία τῶν ἀδικούντων.

ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ] Ita Pſalm. 54, 2. ubi Schol. μετεωρισμὸς, μέριμνα, φλυαρία. cf. Gloſſ. in Pſalmos. et Heſych. Presb. ad h. l. in Cat. Patr. τὸν ἐν θεωρίᾳ μετεωρισμόν. Theodoretus vero ita: συνεχῆ τὴν λύπην ἔσχον. Euſebius: λύπην καὶ ἀμηχανίαν. Hinc illud: ἐν λύπῃ.

Digitized by Google

ἐν τῇ σαρκί. ἐν τοῖς πάθεσιν τῆς σαρκός.

ἐντομίδες. ξυσμαὶ ὄψεως γινόμεναι, καὶ τοῖς λοιποῖς σώμασιν ἐντεμνόμεναι. τοιαῦτα δὲ εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς νεκροῖς αὐτῶν οἱ ἄπιστοι.

ἔνυστρον. τὸ μέγα ἔντερον τῶν ζώων. ἡ κοιλία.

ἐνωτίζου. ἐν τοῖς ὠτίοις δέχου.

ἐνωχλήθην. ἠῤῥώστησα.

ἐξαί-

ἐν τῇ σαρκὶ] Eadem habent Gloſſae Alberti ad Rom. 7, 5. p. 100. et plane ſic Gloſſarium quod Mathaei V. C. exhibet in Lectionibus Moſquenſ. Vol. II. pag. 60. Cyrill. Lex. MS. ἐν σαρκί. ἐν τῷ σαρκικῷ φρονήματι. Oecumenius: ἐν τῷ σαρκικῷ βίῳ. Rectius tamen Theodoretus ad illum locum τὴν σάρκα explicat, τὴν κατὰ νόμον πολιτείαν, uti ex verſu ſeq. patet.

ἐντομίδες] In hac gloſſa alludi videtur ad Levit. 19, 28. ἐντομίδας οὐ ποιήσετε ἐπὶ ψυχῇ ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. Sic et Deuteron. 14, 1. οὐκ ἐπιθήσετε φαλάκρωμα ἀναμέσον τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν ἐπὶ νεκρῷ. cf. 1 Reg. 18, 28. et Biel. in Theſ. Phil. ubi plura. Vocem ἐντομ. eſſe Alexandrinam contendit I. Croius in Obſervatt. ad N. T. Cap. 33. Caeterum οἱ ἄπιστοι eſſe videntur h. l. gentiles, inprimis graeci, quorum morem Theodoretus in Quaeſt. ad h. l. ita tradit: εἰώθασι δὲ καὶ (οἱ Ἕλληνες) τὰ γένεια ξυρᾶσθαι, ἡνίκα ἐπένθουν, καὶ τέμνεσθαι τὰς παρειὰς, εἰς τὴν τῶν τετελευτηκότων τιμὴν etc. E quibus ſimul patet, quomodo verba ἐν τοῖς νεκροῖς intelligi debeant. cf. Hieronym. ad Ierem. 16, 6.

ἔνυστρον] Laudant locum Malach. 2, 3. σκορπιῶ ἔνυστρον. Sed h. l. notat potius *fimum* פרש ut et explicat Lexicon MS. Alberti in 12 Proph. τὸ ἔσωθεν τῆς κοιλίας, ἐν ᾧ ἡ κόπρος. Etiam Aq. ibi κόπρον. vid. Cel. Scharfenberg. ad Cappell. Crit. S. T. II. p. 606.

ἐνωτίζου] οἱ ὁ Iobi 33, 1, 34, 16. 37, 14. 33, 31. in quibus permutatur cum ἄκουε.

ἐνωχλήθην] 1 Sam. 30, 13. ubi Aquila ἠῤῥώστησα. Symm.

Digitized by Google

ἐξαίρετον. ἐπίλεκτον. προηγούμενον.

ἐξαιρούμενος. ἀποκομιζόμενος. ῥυόμενος.

ἐξαίσια. ὑπέρμετρα. οὐκ ἐπιτήδεια. ἢ παντὸς ἐπέκεινα. ὑπερβάλλοντα.

ἐξαλείφθησαν. ἀπώλοντο.

ἐξανθήσει. ἀνθήσει.

ἐξαπορηθῆναι. ἐξαφανισθῆναι. ἐν ἀπορίᾳ γενέσθαι.

ἐξᾶραι. οὕτως λέγεται, ὅταν τὶ τῶν ὀρνέων εἰς μετέωρον ὕψος αἴρηται.

ἐξαρ-

Symm. ἐνόσησα. Theodot. ἐμαλακίσθην. Unde et μαλακία de morbo in Evang. Matth. aliquoties. Heſych. μαλακία. νόσος.

ἐξαίρετον] cf. Geneſ. 48, 22.

ἐξαιρούμενος] cf. Eſ. 43, 13. 60. 16. Dan. 8, 4. Hoſ. 5, 14. etc. Exſtat et aliis formis ſaepiſſime. Permutatur ſubinde cum verbo ῥύεσθαι Pſalm. 143, 8. — In N. T. ἐξαιρούμενος legitur in Actis 26, 17. vid. Biel. Theſ. Phil. et Alberti Gloſſ. N. T. pag. 84.

ἐξαίσια] Occurrit Iobi 9, 10. ubi Aq. θαυμάσια. Theodot. ὑπερμεγέθη, it. 37, 16. De alio loco Iobi 4, 12. non poteſt facile iudicari, quia vox hebraea שמץ difficilis eſt et rara, de qua fuſe diſputavit Schultenſ. cf. Olympiodor. ad h. l. Suidas: ἐξ. παντὸς ἐπέκεινα θαύματος.

ἐξαλείφθησαν] Geneſ. 7, 23. quamvis ibi eſt ἐξηλείφθησαν. Sed ſaepe omittitur augmentum in his gloſſis.

ἐξανθήσει] Pſalm. 102, 15. Eſ. 27, 6. Hoſ. 14, 8.

ἐξαπορηθῆναι] Opinor ex 2 Cor. 1, 8. ὥστε ἐξαπορηθῆναι τοῦ ζῆν. In priori gloſſemate ἐξαφαν. puto non illius ſolius verbi, ſed totius phraſeos rationem haberi; non item in poſteriori.

ἐξᾶραι] cf. Ezech. 1, 19. ἐν τῷ ἐξαίρειν τὰ ζῶα ἀπὸ τῆς γῆς. et Dan. 7, 4. de leaena alis aquilinis inſtructa ἐξήρθη ἀπὸ τῆς γῆς.

Digitized by Google

ἐξαρκέσει. ἐκποιήσει.

ἐξάρξατε. προκατάρξατε. καταλέξατε.

ἔξαρον. ἆρον. ἐξάλειψον.

ἐξαρτῆσαι. ἐκκρεμάσαι. τελειῶσαι.

ἐξεικονισμένον. μεμορφωμένον.

ἐξαρκέσει] cf. Numeror. 11, 23.

ἐξάρξατε] Gloſſa facta ex veteribus interpretibus ad Pſalm. 146, 7. ubi *οἱ ό ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ὁμολογήσει* hebr. ענו pro quo Aquila (ſecundum Orig. Hex. Nam in Cat. Patr. haec lectio tribuitur ignoto) *καταλαλάξατε*, unde corrigenda eſt Suidae gloſſa: *ἐναρξ. ἄρξατε μελῳδίας, ὑμνήσατε, προκατάρξατε, καταλλάξατε*, non vero ut Alberti et Bielius volebant *καταλέξατε*. Symmach. *καταλέξατε ὁμολόγησιν*. Incertus interpres: *προκατάρξατε*. vid. Biel. Theſ. Philol.

ἔξαρον] Siracid. 33, 7.

ἐξαρτῆσαι] Bene Sopingius admonuit vocem *τελειῶσαι* non pertinere ad primum illud *ἐξαρτῆσαι*, ſed ad vocem omiſſam, eique ſimillimam *ἐξαρτίσαι*, ex more Gloſſatoris, qui voces ſimiles, vel una litera diſcrepantes non diſerte addit. Reſpicitur vero ad Actor. 21, 5. *ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας*.

ἐξεικονισμένον] Ex Exod. 21, 22. 23. *ἐὰν ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξεικον*. Sermo ibi eſt de muliere gravida ab aliquo percuſſa, adeoque ſenſus hic: ſi partus *non rite formatus*, non *perfectus et maturus* prodierit. Gloſſema deſumtum ex Theodoreto Quaeſt. in Exod. 48. ubi explicat *μεμορφωμένον*, qui locus videndus eſt: eodemque modo Philo lib. de ſpecial. leg. p. 317. et Phavorinus in eadem gloſſa addit *ἢ τέλειον* plane ut incertus interpres ad locum Exodi: *τὸ ἐξεικον. τέλειόν ἐςι*. Caeterum ea gloſſa adhiberi poteſt ad conſtituendam veram notionem vocis *μορφώσεως*, quae in aliquot locis N. T. occurrit. Sic Rom. 2, 20. *μόρφωσις τῆς γνώσεως* erit *γνῶσις τελείη*, quaſi *μεμορφωμένη*; cognitio perfecta, matura. Alio ſenſu tamen eſt eadem vox in 2 ep. ad Timoth.

ἐξείλατο. ἐῤῥύσατο.

ἐξεκκλησίασε. συνήθροισεν.

ἐξεκλίσθη. ἔπεσεν. ἀπεῤῥίφθη.

ἐξεπέτασεν. ἥπλωσεν. ἀνέῳξεν.

ἐξερεύξηται. διενέγκῃ, ἐξέρεκτα.

ἐξερύησαν. ἔφυγον.

ἐξέστησεν. εἰς ἔκστασιν ἤγαγεν.

ἐξέ-

moth. 3, 5. de quo vide ad v. μόρφωσιν. Deinde quid μορφοῦσθαι in ep. ad Gal. 4, 19. aliud erit, quam τελειωθῆναι, metaphora ſumta ab infantibus, vel partu maturo et perfecto. Dicit enim Apoſtolus: τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδύνω.

ἐξείλατο] Saepe vox exſtat apud LXX. niſi forte reſpicitur ad Actor. 12, 11. ubi pro vulgato ἐξείλετο alius Cod. illud legit.

ἐξεκκλησίασε] Vox τῶν ὁ. Levit. 8, 4. Num. 20, 10. 1 Reg. 12, 21. 1 Paral. 13, 5. 28, 1. 2 Paral. 5, 1. 11, 1. 15, 9. 24, 6. 1 Macc. 6, 19. 12, 25.

ἐξεκλίσθη] Sine dubio legendum ἐξεκλείσθη, quia gloſſa pertinet ad Rom. 3, 27. ubi conſtanter ita legitur. cf. Gloſſar. Alberti pag. 98.

ἐξεπέτασεν] Volunt viri docti reſpici ad Prov. 13, 16. ὁ δὲ ἄφρων ἐξεπέτασεν ἑαυτοῦ κακίαν, i. e. *palam facit. prae ſe fert.* Neque tamen ſenſus patet ex hac gloſſa. Verbum enim tropicum explicandum erat verbo proprio. Sin legeretur ἐξεπέτασαν etc. bene convenirent loca 1 Macc. 3, 49. 4, 51.

ἐξερεύξηται] Forte reſpicitur ad Exodi 8, 3. ἐξερ. ὁ ποταμὸς βατράχους. Suidas: ἐξερ. ἐκφέρῃ. ἐξενέγκῃ. Utrumque gloſſema non eſt ſanum. vid. Bielii Theſ. Phil.

ἐξερύησαν] Bielſius legendum cenſet ἐξεῤῥύησαν ex 1 Macc. 9, 6. Suid. ἐξεῤῥύησαν. ἠφανίσθησαν. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν πόλει φευγόντων.

ἐξέστησεν] Saepe apud LXX. occurrit, ut Iudic. 4, 15. 2 Reg. 22, 15. Pricaeus putat reſpici ad Luc. 24, 22. et vult legi ἐξέστησαν. εἰς ἐκσ. ἤγαγον.

Digitized by Google

ἐξέτασις. βασανισμὸς.

ἐξετασμὸς. κρίσις. ἐρώτησις.

ἐξέτηξας. ἀνήλωσας.

ἐξέτηξεν. ἐλέπτυνεν.

ἐξετράπησαν. ἐξέκλιναν.

ἐξέτρωσεν. ἐξήμβλωσεν. ἐνέῤῥιψε τὸ βρέφος.

ἐξ ἐυωνύμων. ἐξ ἀριϛερῶν.

ἐξεφύρθης. ἐμιάνθης.

ἐξεφύσησα. διασκόρπισα. ἐξεφύσησα. ἐβδελυξάμην.

ἐξέτασις] Sap. Sal. 1, 9. Nempe *βασανίζειν* eſt idem quod *ἐξετάζειν*, *inquirere*. Unde *βασάνοι torturae*, quarum uſus eſt in inquirendis criminibus. cf. gloſſam ſequentem.

ἐξετασμὸς] Proverb. 1, 32.

ἐξέτηξας] Ex Pſalm. 39, 11. ad quem locum Hexapla: *ἄλλος. ἀνήλωσας*. Alb. Gloſſ. in Pſalmos, addunt ex iisdem Hexaplis *ἐταπείνωσας*.

ἐξέτηξεν] Pſalm. 119, 139. Aq. *ἐξώλεσε*. Symm. *ἀπεσιώπησε*. notante Heracleota in Cat. Patr. Verbo *λεπτύνειν* etiam in Pſalm. 39, 11. explicant illud veteres interpretes.

ἐξετράπησαν] 1 Timoth. 1, 6. ubi vid. Alberti Obſervatt.

ἐξέτρωσεν] Symm. Iob. 21, 10. *οἱ ὁ ὠμοτόκησε*.

ἐξ ἐυωνύμων] Matth. 25, 33. 20, 21. 23. 27, 38. coll. Marc. 15, 27. et Lucas in loco parallelo 23, 33. habet *ἐξ ἀριϛερῶν*.

ἐξεφύρθης] Ex Theodoreto ad Ierem. 3, 2. *ἴδε, πȣ̃ ȣ̓χὶ ἐξεφύρθης*, ubi ille *ἐμιάνθης* explicat. Et mox in eodem verſu: *καὶ ἐμίανας τὴν γῆν* etc. Sic et Suidas.

ἐξεφύσησα] Sic legendum eſt pro vitioſo *ἐξεφυσίασα*. Nempe gloſſator h. l. repetiit vocem explicandam, quod alibi

ἐξεχύθησαν. ἠφανίσθησαν.

ἐξηγήσατο. ἡρμήνευσε.

ἐξηγορίαν. ἐπαγγελίαν.

ἐξηλιασμένον. κεκαυμένον ὑπὸ τȣ̃ ἡλίȣ.

ἐξηπάτησεν. ἐξεπλάνησεν.

ἐξηρεύξατο. προεβάλετο.

ἐξηχεῖ-

alibi non facit, cum diverſae unius eiusdemque vocis explicationes ſequuntur. Prior explicatio pertinet ad Hag. 1, 9. hebr. *inflare*, h. e. *quaſi vento diſſipare* διασκορπ. Theodoretus ibi expl. ἐσκέδασα. Altera ad Malach. 1, 13. ubi e verſione τῶν ό patet, eos cum Syro legiſſe primam perſonam verbi נפח, quae in textu hebr. eſt ſecunda. Vox hebr. vero notat: *contemnere, deſpicere.*

ἐξεχύθησαν] Incertum eſt, quo pertineat gloſſa. Nam vox exſtat apud LXX. Thren. 4, 1. cui loco poſſit probabiliter applicari, et in epiſt. Iudae v. 12. ad quem locum Hammondus ſtatuit propter locum parallelum 2 Petr. 2, 15. legendum eſſe ἐπλανήσθησαν pro ἠφαν. contra dicente Clerico, qui huc refert locum Iudith. 15, 2. ubi ἐκχυθῆναι pro *fugere* dicatur, et recte h. l. reddatur ἀφανίζεσθαι, quia, qui fugiunt, ſe quaſi e conſpectu aliorum proripiant. cf. Bielius in Theſ. phil.

ἐξηγήσατο] Vide iterum ad Iob. 28, 27. an vero ad Ioann. 1, 18. referenda ſit gloſſa.

ἐξηγορίαν] Iob. 22, 22. hebr. תורה. Aq. νόμον. Symm. ἐξομολόγησιν.

ἐξηλιασμένον] Suidas: ἐξηλιασμένων etc. ex quo ſine dubio corrigendus eſt Heſych. ut gloſſa applicetur 2 Sam. 21, 14. συνήγαγε τὰ ὀςᾶ τῶν ἐξηλιασμένων hebr. *ſuſpenſorum.* Itaque ſive aliter legerunt οἱ ό, ſive per euphemiſmum dixerunt ἐξηλιασμένȣς, *ſoli expoſitos.*

ἐξηπάτησεν] 2 Cor. 11, 3.

ἐξηρεύξατο] Pſalm. 45, 1. Sap. Sal. 19, 10. cf. Exod. 8, 3.

Digitized by Google

ἐξηχεῖται. ἐξῆλθεν. ἐκηρύχθη.
ἐξιλάσκεσθαι. ἐξευμενίσασθαι.
ἐξίλασμα. ἀντίλυτρον. ἀνακτικὸν δῶρον.
ἐξιλάσσεται. προσεύξεται. πραΰνει.
ἐξιστακέναι. θαυμάσαι.
ἐξίσταντο. ἐθαύμαζον.
ἐξοδίαν. ἐκστρατείαν.
ἐξουδενώκασι. κατευτέλισαν.

ἐξηχεῖται] Plane aſſentiendum puto Alberto, qui corrigi vult ἐξήχηται, quia ſumma veri ſimilitudo eſt reſpici ad 1 Theſſ. 1, 8. ἀφ' ὑμῶν ἐξήχηται ὁ λόγος. Atque in eodem commate eius Synonymon ponitur ἐξελήλυθεν.

ἐξιλάσκεσθαι] Numer. 8, 19. 1 Paral. 6, 49. Ezech. 16, 62. Gloſſ. MS. in Pſalm. notante quidem Alberto ἐξιλάσατο. ἐξευμενίσατο ex Pſ. 105, 30. Sed in plagulis MStis, quas ego habebam, non erat illa gloſſa.

ἐξίλασμα] Pſalm. 48, 7. οὐ δώσει τῷ Θεῷ ἐξίλασμα αὐτοῦ, pro quo in ſeq. verſu eſt: τιμὴ τῆς λυτρώσεως. Sic Proverb. 13, 8. λύτρον, pro quo Aq. Symm. et Theod. ἐξίλασμα. Gloſſ. in Pſalm. ἐξίλ. ἀντίλυτρον ἀνακλητικόν. Albertus corrigit ἀνακτητικόν. Iſ. Voſſius ἱλαστικὸν δῶρον.

ἐξιλάσσεται] Saepe ita apud LXX interpr. inprimis in Levitico.

ἐξιστακέναι] Forte pro ἐξεστακέναι ex Actor. 8, 11. Sed et illud legerunt quidam Codices, vid. Wetſten. ad h. l.

ἐξίσταντο] Act. 2, 7. ἐξίστ. καὶ ἐθαύμαζον et verſ. 12. Sic et Geneſ. 43, 34.

ἐξοδίαν] Bielius in Theſ. Philol. refert huc 3 Eſdr. 4, 23. ἐκπορεύεται εἰς ἐξόδειαν *ad expeditionem*, pro quo forte in alio Cod. lectum fuerit ἐξοδίαν.

ἐξουδενώκασι] Sic eſt in aliquo Cod. 1 Reg. 8, 7. ubi οἱ ὁ ἐξουδενήκασι. Vatic. ἐξουθενώκ.

ἐξουδένωσας. ἀπεδοκίμασας.

ἐξώμβρισεν. ὀξέως ἐπήγασεν. ἢ ἐπήνεγκεν.

ἐξώσθη. ἐξεβλήθη.

ἔξωσον. ἄπωσαι. ἔκβαλλε.

ἐξώσω. ἀπώσω, ἐκβαλῶ.

ἐπάγη. ἐστερεώθη. ἐπήχθη. ἐνεφυτεύθη. συνεπλάσθη. ἐγένετο.

ἐπαγωγάς. αἰχμαλωσίας.

ἐπαίνους. τὰς κρίσεις.

ἔπαισας. ἔτυψας, ἐπάταξας, ἔπληξας, ἔδειρας.

ἐπάλ-

ἐξουδένωσας] 2 Reg. 15, 23. Pſalm. 119, 117. 2 Reg. 12, 10. Iud. 9, 38. hebr. מאס quod in aliis locis vertitur ἀποδοκιμάζειν.

ἐξώμβρισεν] Ex Sirac. 1, 19. ad quem locum gloſſae expl. ἀπήνεγκεν ὀξέως. Alberti etiam coniicit ſcribendum eſſe in Heſych. ὀξέως ἐπήγαγεν.

ἐξώσθη] Ita incertus interpres ad 2 Paral. 26, 21. ubi οἱ ὁ ἀπεσχίσθη.

ἔξωσον] Ex Pſalm. 5, 10.

ἐξώσω] Mich. 6, 14.

ἐπάγη] cf. Exod. 15, 8. Thren. 4, 8. ad quae loca pertinent explicationes duae priores. In caeteris quo reſpexerit, incertum. Tamen οἱ ὁ hebr. נטע *plantavit* eodem verbo graeco reddunt Num. 24, 6. Dan. 11, 45.

ἐπαγωγάς] cf. Sirac. 10, 13. ad quem locum et pertinet ſequens gloſſa: ἐπαγωγή. συμφορά. πειρασμός. ἤτοι τὸ ὁπωσοῦν κακῶς ἐπαγόμενον.

ἐπαίνους] Hoc ſenſu vocis uti Paulum 1 Cor. 4, 5. cenſebat Reineſius ad marg. Heſych. Recte. Nam ibi non tam de *praemiis*, quam de *iudicio* in genere ſermo eſſe videtur.

ἔπαισας] Ex Iobi 10, 8.

Digitized by Google

ἐπάλξεις. οἱ προμαχῶνες τῶν τειχῶν.

ἐπ' ἀναφορέων. ἐπ' ὤμων.

ἐπάνηκε. ὑπόστρεψον.

ἐπαοιδοί. φαρμακοὶ, γόητες.

ἐπαρήγουσαν. βοηθοῦσαν.

ἐπαρυστρίδες. ἐλαιοχύται. ἢ ἀντλητῆρες.

ἐπαρχία. φυλή. ἢ πατρίς.

ἐπᾶσαι. ᾆσμα εἰπεῖν. γοητικὸν ἐπιλαλῆσαι.

ἐπάταξαν. ἔτυψαν. ἐτροπώσαντο. ἐνίκησαν.

ἐπαχθεῖς. ἐπίπονοι. ἀληθεῖς.

H 5 ἐπέ-

ἐπάλξεις] Ierem. 50, 15. et alibi. Saepe tamen et apud Homerum obvia vox. cf. Suidas.

ἐπ' ἀναφορέων] Ex Numer. 4, 10.

ἐπάνηκε] Proverb. 3, 38. Lex. Cyrill. MS. expl. ὑπόστρεφε.

ἐπαοιδοὶ] Saepe ita apud τοὺς ὁ, ut de magis Aegyptiacis Exod. 7 et 8.

ἐπαρήγουσαν] 2 Macc. 13, 17.

ἐπαρυστρίδες] Zachar. 4, 2. 12. ubi *infundibula* notat, Aq. ἐπιρυταί. Symm. ἐπιχυτῆρες. Gloſſ. MS. in 12 Proph. αἱ ἐκχέουσαι τὸ ἔλαιον, quae ſunt verba Theodoreti ad h. l. Suidas: ἀντλήτιδες.

ἐπαρχία] Sic Act. 23, 34. ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστί.

ἐπᾶσαι] Ierem. 8, 17. de ſerpentibus, quae nulla incantatione coërceri poſſunt, οἷς οὐκ ἔστιν ἐπᾶσαι. Dath. *baſiliſcos incantari neſcios.*

ἐπάταξαν] Eo ſenſu ſaepe οἱ ὁ. cf. Ioſ. 8, 23. 10, 39. Iudic. 12, 4. 20, 45. 48. 1 Reg. 7, 11. 4 Reg. 8, 28. 29. — etc.

ἐπαχθεῖς] Non temere Bielius refert ad Iob. 16, 2. παρακλήτορες κακῶν. Symm. παρακλ. ἐπαχθεῖς. Aq. παράκλητοι πόνων. Sed illud ἀληθεῖς ſuſpectum. Niſi intelli-

ἐπέβρισεν. ἐπεβάρησεν.

ἐπέθεντο. ἐπέκειντο. ἀντέκειντο.

ἔπειγε. πορεύου. σπεῦδε.

ἐπειλημμένη. κρατοῦσα.

ἐπειρᾶτο. ἐπείραζεν. ἐδοκίμαζεν.

ἐπειρῶντο. ἐσπούδαζον. ἐβούλοντο.

ἐπεῖχε. προσεδόκα. προσεῖχεν.

ἐπέκεινα. παρεκεῖ. ἀνωτέρω. ἐξωτέρω.

ἐπελήσθην. ἐληθαργήθην.

ἐπευ-

telligantur tales, qui nimis libere veritatem dicunt, adeoque ſaepe moleſti ſunt.

ἐπέβρισεν] Pſalm. 88, 7. Gloſſa conſarcinata videtur ex variis lectionibus Codicum Theodoreti ad h. l. Alius enim codex Symmacho tribuit ἐπείσφρησεν, alius ἐπέβρισεν, alius ἐπεβάρησεν. vid. Montefalc. ad Orig. Hexapla in h. l.

ἐπέθεντο] Pſalm. 59, 3. Lex. Reg. MS. autore Alberto: ἐπέθεντο. ἐπανέστησαν. Δαβίδ. Eodem modo Lex. Cyrill. MS. et Suidas.

ἔπειγε] Siracid. 17, 20.

ἐπειλημμένη] Geneſ. 25, 26. Et alibi κρατεῖν cum ἐπιλαμβάνεσθαι permutatur, ut 1 Reg. 15, 27. οἱ ὁ ἐκράτησε. edit. Complut. ἐπελάβετο. Suidas: ἀντιλαμβάνουσα.

ἐπειρᾶτο] Actor. 9, 26.

ἐπειρῶντο] Actor. 26, 21.

ἐπεῖχε] Actor. 3, 5. cf. Alberti Gloſſar. N. T. p. 64.

ἐπέκεινα] Fortaſſe reſpicitur ad uſum verbi apud τοὺς ὁ in hac phraſi ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης καὶ ἐπέκεινα. Ezech. 39, 22. 43, 27. Hagg. 2, 19.

ἐπελήσθην] Pſalm. 31, 13.

ἐπενεγκεῖν. ἔτι ἐνεγκεῖν.

ἐπέσαξεν. ἔστρωσεν.

ἐπέσκαζεν. ἐχώλευεν.

ἐπεστράτευσαν. ἐπολέμησαν.

ἐπέτειον. ἐπὶ τοῦ νῦν ἔτους.

ἐπετήδευσεν. ἐμηχανήσατο. ἐσπούδασεν.

ἐπευκτή. ἐπιθυμητή.

ἐπευφήμησεν. ἐν εὐφήμῳ βοῇ εἶπεν.

ἐπεφάνη. ἐπ' αὐτοφόρῳ ὤφθη.

ἐπε-

ἐπενεγκεῖν] Ad locum epiſtolae Iudae v. 9. reſpici magna cum veri ſpecie, putat Albertus. Ibi eſt: *οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας*, quod verti poteſt: *non poterat diutius ferre* eius calumnias etc. Et haec notio indicatur vocula *ἔτι*.

ἐπέσαξεν] Ex τοῖς ό ubi ſaepe occurrit ut Geneſ. 22, 3. Numer. 22, 21. 2 Reg. 17, 23. in quibus locis eſt *ἐπέσαξε τὴν ὄνον αὐτοῦ*. Suidas explicat: *ἐπεφόρτισεν*. Heſychius ergo intellexit vocem de ea iumenti inſtructione, quae fit imponendis ephippiis aliisque quae ad iugum pertinent: *ſatteln*. Suidas vero de *oneribus aſino impoſitis*.

ἐπέσκαζεν] Geneſ. 32, 31.

ἐπεστράτευσαν] cf. Eſ. 29, 7. 8. Zach. 14, 12.

ἐπέτειον] Deuter. 15, 18.

ἐπετήδευσεν] Malach. 2, 11. ubi vero verba hebr. alium ſenſum praebent.

ἐπευκτὴ] Forte ex Ierem. 20, 14. ubi ἡμέρα ἐπευκτὴ *dies fauſtus* et *optabilis*. Suidas addit *εὐχῆς ἄξια*.

ἐπευφήμησεν] Vox obvia Nehem. 12, 42. ed. Ald.

ἐπεφάνη] Ex Tit. 2, 11. uti inprimis ex gloſſa Suidae patet, qui Apoſtolum ipſum appellat, atque inſuper ex interprete incerto explicationem addit ſatis longam. Eundem locum Pauli notaverat Th. Reineſius in margine Heſych.

ἐπέχοντες. κρατοῦντες.

ἐπήλυσις. ἔφοδος. ἐπαγωγή.

ἐπήλυτος. ἔποικος.

ἔπηξεν. ἔστησεν.

ἐπήρθη. ὑψώθη.

ἐπήρκεσεν. ἐβοήθησεν.

ἐπίβασιν. ἀνάβασιν. βάδισιν.

ἐπιβάτης. ἐπὶ νῶτον βαίνων. ἢ ὁ μὴ κωπηλάτης. ἀλλὰ πλέων μαχητής.

ἐπί-

ἐπέχοντες] Sopingius adſcripſit locum Pauli ad Philipp. 2, 16.

ἐπήλυσις] Mangey ad Philon. Qu. rer. div. haer. p. 510. hanc gloſſam adplicare videtur loco vexato Petri 2 epiſt. 1, 20. προφητεία ἰδίας ἐπιλύσεως, ut ſit ſenſus: *prophetia non proprio quodam itinere vel via procedit, ſed iter a Deo dirigitur.* Hinc et in ſequenti verſu prophetae dicuntur φερόμενοι et prophetia ἀναγομένη, quae utraque vox proprie dicitur de viae itinerisque directione. Caeterum nec illud ſpernendum, quod οἱ ό Geneſ. 40, 8. permutant διασάφησιν et ἐπίλυσιν. Vulg. ibi *interpretatio.*

ἐπίλυτος] Iob. 20, 26.

ἔπηξεν] 2 Sam. 21, 10. ubi al. ἔστρωσεν.

ἐπήρθη] Pſ. 8, 2. vel Act. 1, 9. Nam in his locis diverſo ſenſu ponitur, illic tropico, *laudari*, hic proprio, *tolli, efferri.* Neque ex gloſſemate poteſt intelligi, utrum potiſſimum reſpexerit auctor.

ἐπήρκεσεν] 1 Tim. 5, 10. in quo explicatio Heſych. praeſtat vulgaribus. Sic et Suidas. Sed incertum eſt, annon ad Homeri Scholiaſten potius reſpiciat, qui eandem gloſſam habet.

ἐπίβασιν] Pſalm. 104, 3. ubi permutatur cum ὑπερῷα ad quae aſcenditur.

ἐπιβάτης] Sic 4 Reg. 9, 18. ἐπιβάτης ἵππου. Et Ezech. 27, 29. iunguntur κωπηλάται καὶ οἱ ἐπιβάται. Ibi de nautis et mari ſermo eſt.

ἐπίβλημα. — ῥάκος.
ἐπιβόλαια. ἐπιβλήματα.
ἐπίβȣλος. ἐχθρὸς. ἐπηρεάζων. λοίδορος.
ἐπιβρέξαι. ἐπαγαγεῖν. βρέξαι.
ἐπιβρίθων. ἐπιβαρῶν.
ἐπιγονή. γέννημα.
ἐπιεικεύσατο. ἠγάθυνεν.

ἐπι-

ἐπίβλημα] Ita Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. Luc. 5, 36. Suidas: τὸ τῷ προτέρῳ ἐπιβαλλόμενον.

ἐπιβόλαια] Ezech. 13, 18. 21. hebr. *velamina faciei.*

